

~~25000~~

~~40000~~

Maria Josefa  
de Toledo de Asuncion  
Braga


# MISSÆ PROPRIÆ SANCTORUM

*QUÆ TAM IN MISSALI ROMANO,*

*QUAM IN PROPRIO SANCTORUM HISPANORUM*

*DESIDERANTUR.*


JUXTA DECRETA URBANI VII. INNOCENTII  
X. Alexandri VII. Clementis IX. Clementis X. In-  
nocentii XI. Alexandri VIII. Innocentio XII. Cle-  
mentis XI. Benedicti XIII. Clementis XII. Bene-  
dicti XIV. Clementis XIII. Clementis XIV. Pii VI.  
Pii VII. aliorumque Summorum Pontificum.



SUPERIORUM PERMISSU.

POMPELONE : Ex Typographia Franc. Erasun et Rada,  
Tipograph. et Biblioth. Ann. MDCCCXXV.

Véndese en el Hospital General de esta Ciudad, con Privilegio  
que tiene para que ningun otro lo pueda hacer sin su licencia.



# MISSÆ PROPRIÆ SANCTORUM PER ANNUM.

## ORATIO.



## JANUARIUS.

*Dominica II post Epiphan.*

IN FESTO SANCTISSIMI  
Nominis Jesu Dup. 2. clas.

*Introitus.*

**I**N NOMINE JESU  
omne genu flectatur cœlestium  
terrestrium , & infernorum;  
& omnis lingua confiteatur,  
quia Dominus Jesus Christus  
in gloria est Dei Patris.  
*Psalm.* Domine , Dominus noster,  
quàm admirabile est nomen  
tuum in universa terra.

**¶. Gloria Patri.**

**D**eus , qui Unigenitum Fi-  
lium tuum constituesti hu-  
mani generis Salvatorem , & Je-  
sus vocari jussisti: concede pro-  
pitius, ut cuius Sanctum Nomen  
veneramur in terris, ejus quoque  
aspectu perfruamur in Cœlis.  
Per eumdem Dominum.

*Et fit Commemoratio Dominicæ  
II. post Epiphan.*

Lectio Actuum Apostolorum.

**I**N diebus illis: Repletus Spi-  
tu Sancto Petrus, dixit: Prin-  
pes populi, & Seniores audite: Si  
nos hodie dijudicamur in bene-  
facto homiuis infirmi,in quo is-  
te salvus factus est , notum sit  
omnibus vobis,& omni plebi Is-  
rael , quia in nomine Domini  
nostrí Jesu- Christi Nazaréni  
quem vos crucifixistis , quem  
Deus suscitavit á mortuis , in

## SANCTORUM HISPANORUM.

hoc iste astat corat vobis sanus. Hic est lapis, qui reprobatus est a vobis ædificantibus, qui factus est in caput anguli: & non est in alio aliquo salus. Nec enim aliud nomen est sub Cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri.

*Graduale.* Salvos nos fac Domine Deus noster, & congrega nos de rationibus: ut confiteamur Nominis sancto tuo, & gloriemur in laude tua.

℣. Tu Domine, Pater noster, & Redemptor noster, a sæculo Nomen tuum. Alleluia, alleluia.

℣. Laudem Domini loquetur os meum, & benedicat omnis caro Nomen sanctum ejus. Alleluia.

*Post Septuag. omissa* Allel. & versu sequenti; dicitur

*Tractus.*

Domine Deus vittatum, converte nos: & ostende faciem tuam, & salvi erimus: sonet vox tua in auribus meis.

℣. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora nimis.

℣. Oleum effusum Nomen tuum, Jesu; ideo adolescentulæ dilexerunt te.

*Pro Missa votiva tempore Paschali omittitur Graduale, ē ejus loco dicitur:* Alleluia, alleluia.

℣. Laudem Domini loquetur os meum: & benedicat omnis ca-

ro Nomen sanctum ejus. Allel.

℣. Exaltabo te, Deus meus Rex, & benedicat Nominis sancto tuo, Jesu, in sæculum, & in sæculum sæculi. Alleluia.

Sequentia S. Evangelii secundum Lucam.

**I**N illo tempore: Postquam consumati sunt dies octo, ut circumcideretur puer: vocatum est nomen ejus Jesus, quod vocatum est ab Angelo, priusquam in utero conciperetur. *Credo.*

*Offertorium.* Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo, & glorificabo Nomen tuum in æternum: quoniam tu Domine suavis & mitis es, & multæ misericordiaæ omnibus invocantibus te. Alleluia.

*Secreta.*

**B**enedictio tua, clementissime Deus, qua omnis viget creatura, sanctificet, quæsumus, hoc sacrificium nostrum, quod ad gloriam Nominis Filii tui Domini nostri Jesu Christi offerimus tibi: ut majestati tuæ placere possit ad laudem, & nobis proficere ad salutem. Per eumdem Dominum nostrum Jesu Christum.

*Alia secreta pro Comm. Dominicæ.*

*Prefatio de Nativitate.*

*Communio.* Omnes gentes, quas cumque fecisti, venient, & adorabunt coram te Domine, & glo-

## FESTA JANUARII.

rificabunt Nomen tuum: quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia; tu es Deus solus. Alleluia.

*Postcommunio.*

**O**Mnipotens æternæ Deus, qui creasti, & redemisti nos, respice propitius vota nostra; & sacrificium salutaris hostiæ; quod in honorem Nominis Filii tui Domini nostri Jesu-Christi majestati tuæ obtulimus, placido & benigno vultu suscipere digneris: ut gratia tua nobis infusa, sub glorioso Nomine Jesu, æternæ prædestinationis titulo, gaudeamus nomina nostra scripta esse in cœlis. Per eumdem Dominum nostrum Jesu Christum.

*Alia Postcommunio pro Commemoratione Dominicæ.*

*In fine Misse legitur Evangelium Dominicæ.*

**M**issa: In virtute tua, Ut in Communi unius Martyris, non Pontif. ORATIO.

**D**EUS, qui ad illustrandam Ecclesiam tuam, Beatum Canutum Regem, martyrij palma, & gloriae miraculis decorare dignatus es, concede propitius, ut sicut ipse Dominicæ passionis imitator fuit; ita nos per ejus vestigia gradientes, ad gaudia semiperna pervenire mereamur. Per eumdem Dominum.

*Et fit Commemor. Ss. Marij, Marthæ, &c. ut in prop. Ss.*

oooooooooooooooooooooooo  
*Die xxi. Januar.*  
IN FESTO SS. FRUCTUOSI Episcopi, Augurij, & Eulogij Diaconorum Martyrum. Duplex.

**M**issa: Intret, de Communi plurimorum Martyrum.  
ORATIO.

**D**EUS, qui Beatum Fructuosum, ejusque Diaconos Augurium, & Eulogium per ignem probatos martyrio decorasti: concede nobis famulis tuis; ut ipsorum intercessione, flamma divini amoris succensi, cum illis pariter coronemur in cœlis. Per Dominum.

*Die xix. Januar.*

IN FESTO S. CANUTI REGIS & Martyr. Semid. ad lib.

## SANCTORUM HISPANORUM.

*Secreta.*

**A**desto, Domine, supplicationibus nostris, quas in sanctorum tuorum commemoratione deferimus: ut qui nostræ justitiae fiduciam non habemus, eorum qui tibi placuerunt, meritis adjuvemur. Per Dñum.

*Postcommunio.*

**Q**uæsumus, Domine, salutaribus repleti mysteriis: ut quorum solemnia celebamus, eorum orationibus adjuvemur. Per Dominum.

Die xxii. Januarii.

IN FESTO S. VINCENTII LÉvitæ, & Martyris. Duplex 2.  
clas. cum octav.

*Introitus Sap. 10.*

**C**ertamen forte dedit illi Dóminus, ut vinceret, et sciret quoniam omnium potenter est sapiencia, descenditque cum illo in foveam, et in vinculis non dereliquit eum.

*Psalm. 58.* Fortitudinem meam ad te custodiam: \* quiá, Deus, susceptor meus es.

*Oratio.*

**D**a nobis, quæsumus, omnipotens Deus, adversa mundi invicta mentis constantiâ tolerare, qui beatum Levitam Vincentium nec minis terreri, nec

pœnis passus es superari. Per Dóminum nostrum.

Lectio libri Apocalypsis beati Joánnis Apóstoli.

*Cap. 2, et 3.*

**I**n diébus illis: Audívi vocem magnam tamquam tubæ, dicentis: Scribe: Hæc dicit, qui tenet septem stellas in dexterâ sua. Scio opera tua, et laborem, et patientiam tuam, et quia non potes sustinere malos: et sustinuisti propter nomen meum, et non defecisti. Qui habet aurem, audiat quid Spíritus dicat: Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei, manna absconditum, et cálculum cándidum, et in cálculo nomen novum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit. Qui vicerit, et custodierit usque in finem opera mea; dabo illi potestatē super Gentes: vestiatur vestimentis albis, et non delabo nomen ejus de libro vitæ, et confitébor nomen ejus coram Patre meo, et coram Angelis ejus: faciam illum columnam in templo Dei mei, et dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut et ego vici, et sedi cum Patre meo in throno ejus.

## FESTA JANUAR.

*Graduale.*

*Timoth. 4.* Bonum certamen certavi, cursum consummavi fidem servavi; in reliquo repósita est mihi corona justitiae. *¶ Philip. 1.* Magnificabitur Christus in corpore meo sive per vitam, sive per mortem. Alleluia, alleluia. *¶ 1. Cor. 15.* Cum mortale hoc indúerit immortalitatem, tunc fiet sermo, qui scriptus est: Absorta est mors in victoria, alleluia.

*Si hoc Festum vénérat post Septuagésimam, omissa Alleluia. Et Versu sequenti, dicitur*

*Tractus.*

*Psalm. 58.* Cantabo fortitudinem tuam, Dómine, et exaltabo manū misericordiam tuam; *¶* Qui factus es susceptor meus, et refugium meum in die tribulacionis meæ. *¶* Adjutor meus, tibi psallam; quia, Deus, susceptor meus es.

**¶** Seqüentia Sancti Evangélii secundum Matthæum *Cap. 10.*

**I**n illo tempore: Dixit Jesus discípulis suis: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest et animam et corpus perdere in gehennam. Nonnè duo pásseres asse vaneunt: et unus ex illis non

cadet super terram sine Patre vestro? Vestri autem capilli capitatis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos. Omnis ergo qui confitetur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo, qui in cœlis est.

*Credo... et per Octavam.*

*Offertorium.*

*Apoc. 3.* Qui vicerit, vestiatur vestimentis albis, et confitebor nomen ejus coram Patre meo et coram Angelis ejus.

*Secreta.*

**H**odiernum tibi, Dómine sacrificium lætantes offérimus, quo beati Vincentii cœlestem victoriā recensentes, et tua magnalia prædicamus, et nos adquisisse gaudeamus suffragia gloriosa; Per Dóminum...

*Communio.*

*Marc. 8.* Qui perdiderit animam suam propter me, et Evangelium, salvam faciet eam.

*Postcommunio.*

**C**œlestibus Dómine, corroborans nos sacramentis; ut eadē virtute, vitiórum blandimenti vincamus, qua beatus Martyr Vincentius tormentorum immanità-

tem pro fide tui nōminis superāvit; Per Dominum...

## Postcommunio.

**D**eus fidelium remunerator animarum; præsta, ut Beati Ildefonsi Confessoris tui atque Pontificis, cuius venerandam celebramus festivitatem, precibus indulgentiam consequamur. Per Dominum nostrum.

Die xxiii. Januar.

IN FESTO S. ILDEFONSI EPIS-  
copi & Confes. Dup. 2. clas.  
cum octav.

**M**issa: In medio Ecclesiæ,  
*ut in Communi Doctorum, sine  
Credo.*

## ORATIO.

**D**eus, qui per gloriosissimam filii tui Matrem Beatum Ildefonsum Confessorem tuum, atque Pontificem, misso de thesauris cœlestibus munere decorasti; concede propitius, ut per ejus preces, & merita munera capiamus æterna. Per eumdem Dominum.

*In Missis privatis fit comme-  
moratio S. Emerentianæ, ut in  
Missali.*

## Secreta.

**S**ancti Ildefonsi Confessoris tui atque Pontificis, quæsumus Domine, annua solemnitas pietati tuæ nos reddat acceptos; ut per hæc piæ placationis officia, & illum beata retributio comitetur, & nobis gratiæ tuæ dona conciliet. Per Dominum.

## FESTA JANUAR.

Confessorem tuum atque Pontificem replere dignatus es: & concede, ut cuius festivitatem celebramus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dominum: in unitate ejusdem Spiritus.

*In Missis privatis fit comme-  
moratio S. Agnetis Secundo.*

## ORATIO.

**D**eus, qui Beatam Paulam famulam tuam spretis mundi deliciis, post insignia virtutum incrementa, ibi voluisti nasci Cœlo, ubi Unigenitus tuus natus est mundo: concede propitius, ut ejus exemplo terrena cuncta despicientes, cœlestia consequi mereamur. Per eumdem Dominum, &c.

*Epistola: Vidiua honora.*

IN FESTO S. RAYMUNDI DE  
Peñafort Confessoris.

**M**issa: Os justi, *de Communi  
Confessor, non Pontif.*

## ORATIO.

**D**eus, qui Beatum Raymundum poenitentiæ Sacramenti insignem ministrum elegisti, & per maris undas mirabilitè traduxisti: concede ut ejus intercessione dignos poenitentiæ fructus facere, & ad æternæ salutis portum pervenire valeamus. Per Dominum.

Die xxvi. Januar.  
IN FESTO SANCTÆ PAULÆ  
Viduæ.

**M**issa: Cognovi, *de Communi  
nec Virginis nec Martyris.*

## ORATIO.

**D**eus, qui Beatam Paulam famulam tuam spretis mundi deliciis, post insignia virtutum incrementa, ibi voluisti nasci Cœlo, ubi Unigenitus tuus natus est mundo: concede propitius, ut ejus exemplo terrena cuncta despicientes, cœlestia consequi mereamur. Per eumdem Dominum, &c.

*Epistola: Vidiua honora.*

Die xxviii. Januar.  
IN FESTO S. JULIANI EPIS.  
Conchensis, & Confessoris.

## Introitus.

**S**tabilita sunt bona illius in Domino: & eleemosynas illius enarrabit omnis Ecclesia Sanctorum.

*Psalm.* Beatus, qui intelligit super egenum, & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus.

*¶. Gloria Patri.*

## ORATIO.

**E**xcita, quæsumus Domine, in populo tuo Spiritum charitatis, quo Beatum Julianum

**D**eus, qui nos annua Beatæ Agnetis Virginis, & Martyris tuæ solemnitate lætificas, da quæsumus, ut quam veneramur officio, etiam piæ conversationis sequamur exemplo. Per Dominum.

Lectio Autuum Apostolorum.

**I**n diebus illis: A Mileto Pausus mittens Ephesum, vocavit maiores natu Ecclesiæ. Qui cum venissent ad eum, & simul essent, dixit eis: Attendite vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo. Commendo vos Deo, & verbo gratiæ ipsius, qui potens est ædificare, & dare hæreditatem in sanctificatis omnibus. Argentum, & aurum, aut vestem nullius concupivi sicut ipsi scitis, quóniam ad ea, quæ mihi opus erant, & his, qui mecum sunt, ministraverunt manus istæ. Omnia ostendi vobis, quóniam sic laborantes, oportet

suscipere infirmos, ac meminisse verbi Domini Jesu, quoniam ipse dixit: Beatus est magis dare, quam accipere.

*Graduale.* Dispersit, dedit pauperibus; justitia ejus manet in sacerdolum saeculi: ¶ Potens in terra erit semen ejus: generatio rectorum benedicetur. Allel. Allel. ¶ Concluse eleemosynam in sinu pauperis, & haec pro te exorabit ab omni malo. Alleluia.

*Post Septuag. omisso Alleluia. cum ¶ sequenti, dicitur.*

*Tractus.*

Ex substantia tua fac eleemosynam, & noli avertere faciem tuam ab ullo paupere.

¶ Si multum tibi fuerit abundantè tribue: si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude: præmium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis. ¶ Quoniam eleemosyna ab omni peccato, & a morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras.

*Sequentia Sancti Evangelii secundum Matthæum.*

**I**N illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis, nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: ubi ærugo, & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt, & furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in Cœlo: ubi neque æru-

go, neque tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt, nec furantur. Ubi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Læcna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen, quod in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt? Nemo potest duobus dominis servire: aut enim unum odio habebit, & alterum diligit: aut unum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo servire, & mammonæ. Ideò dico vobis, ne solicieti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est quam esca: & corpus plus quam vestimentum? Respícite volatilia cœli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & Pater vester cœlestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis. Quis autem vestrum cogitans, potest adjicere ad staturam suam cubitum unum? Et de vestimento quid solicieti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt: non laborant, neque nent. Dico autem vobis: quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est, sicut

FESTA JANUARI

11

unum ex istis. Si autem fœnum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: quanto magis vos modice fit dei? Nolite ergo solliciti esse, dicentes: Quid manducabimus aut quid bibemus, aut quo operiemur; haec enim omnia gentes inquirunt. Scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primum Regnum Dei, & justitiam ejus: & haec omnia adjicientur vobis.

*Non dicitur Credo, nisi veniret in Domin. vel fuerit Patronus, vel Titulus.*

*Offertorium.* Pone thesaurum tuum in præceptis Altissimi, & prôderit tibi magis quam aurum

*Secreta.*

**P**ro Sancti Confessoris tui Juliani, Domine, solemnitate hostiam immolamus, humiliter deprecantes: ut quod nostris meritis obtinere non possumus, ejus qui tibi placuit, nobis intercessione donetur. Per Dominum.

*Pro Sancta Agneta secundum*

*Secreta.*

**S**uper has, quæsumus Domine, hostias benedictio copiosa descendat: quæ & sanctificationem nobis clementer operetur, & de Martyrum nos solemnitate laetificet. Per Dominum.

*Communio* Fácite vobis sacculos, qui non veteráscunt, thesaurum non deficientem in cœlis, quo fur non appropiat, neque tinea corrumpit.

*Post-Communio.*

**C**œlestibus refecti Sacramen-  
tis te supplices, Domine, deprecamur ut qui Beati Juliani Confessoris tui, atque Pontificis solemnia recolimus, per illum sumamus indulgentiæ largitatem. Per Dominum.

*Pro Sancta Agneta Secundo*

*Post-communio.*

**S**umpsimus, Domine, cele-  
britatis annuæ votiva Sacra-  
menta: præsta quæsumus, ut &  
temporalis vitæ nobis remedia  
præbeant, & æternæ. Per Do-  
minum.

*Die xxix. Januarii.*

OCTAVA S. VINCENTII.

*Missa ut in die.*

*Die xxix. Januar.*

IN FESTO S. FRANCISCI SA-  
lesii Episcopi, & Confessoris.

*Missa:* Statuit ei Dominus: de  
Communi Confessoris Pontificis.  
ORATIO.

**D**eus, qui ad animarum sa-  
lutem Beatum Franciscum

## SANCTORUM HISPANORUM

Confessorem tuum atque Pontificem omnibus omnia factum esse voluisti: concéde propitius; ut charitatis tuae dulcedine perfusi, ejus dirigéntibus monitis, ac suffragantibus meritis, æterna gaudia consequámur. Per Dominum.

Die xxix. Januari.

IN FESTO S. VALERII EPISC.  
Cæsaraugustani, & Confessoris.

**M**issa: Statuit, de Communi Confessoris Pontificis.

## ORATIO.

**O**mnipotens sempiterne Deus, qui sacram Beati Valerii Confessoris tui atque Pontificis solemnitatem hodier na die venerari voluisti: nos famulos tuos ab omni culpa liberos esse concede, ut ejus interces sione ad vitam perveniamus æternam. Per Dominum.

Die xxx. Januar.

OCTAVA S. ILDEFONSI.

Miss. ut in die.

Die xxxi. Januar.

IN FESTO S. PETRINOLASCI Confessoris. duplex.

## FESTA FEBRUARII.



Die iv. Februarii.

IN OCTAVA S. JULIANI.

*Missa dicitur sicut in die absque aliqua Commemoratione: si autem venerit in Domin. Septuag. Sexages. vel Quincuag. Missa dicitur de Dominica cum Commemoratione Octave tantum.*



Die vi. Februarii.

IN FESTO S. ANDRÆ COR sini Episcopi & Confessoris.

Duplex.

**M**issa Statui ei Dominus, de Communi Confess. Pontif.

## ORATIO.

**D**eus, qui in Ecclesia tua nova semper instauras exempla virtutum: da populo tuo Beati Andræ Confessoris tui, atque Pontificis ita sequi vestigia, ut asequatur & præmia. Per Dominum nostrum.



Die viii. Februarii.

IN FESTO SANCTI JOANNIS de Matha Confessoris.


Duplex.

**M**issa: Os justi de Communi Confessoris non Pontificis.

## ORATIO.

**D**eus qui per Sanctum Joannem Ordinem Sanctissi-

mæ Trinitatis ad redimendum de potestate Saracenorum captivos cœlitus instituere dignatus es: præsta quæsumus, ut ejus suffragantibus meritis, ad captivitate corporis & animæ, te adjuvante, liberemur. Per Dominum.



Die x. Februarii.

IN FESTO S. SCHOLASTICÆ

Virg. Dup.

**M**issa: Dilexisti, de Communi Virginum.

## ORATIO.

**D**eus, qui animam Beatæ Virginis tuae Scholasticæ, ad ostendendam innocentiam in columbae specie Cœlum penetrare fecisti: da nobis ejus meritis, & precibus ita innocenter vivere, ut ad æterna mereamur gaudia pervenire. Per Dominum.



Die xii. Februarii.

IN FESTO SANCTÆ EULALIAE Barcinonensis Virg. & Martyr.

Dup.

**M**issa: Loquebar de testi moniis tuis: ut in Communi Virginum.

## ORATIO.

**D**eus, qui nos Martyrii Beatae Eulaliæ Virginis, & Martyris tuae solemnitate laetificas, concede propitius: ut gloriosissimis ejusdem meritis, &

## SANCTORUM HISPANORUM.

terrena nobis proficiant, & cœlestia desiderata proveniant. Per Dominum.

*Die xiv. Februarii  
vel alia die.*

IN FESTO BEATI JOANNIS  
Baptistæ à Conceptione Confess.  
Duplex.

**M**issa Juxta.

## ORATIO.

**D**eus, qui ad majorem Sanc-  
tissimæ Trinitatis gloriam  
propagandam, Beatum Joannem  
Baptistam Confessorem tuum ad-  
mirabili spiritus fortitudine, & et  
invictâ patientiâ roborasti; con-  
cede nobis famulis tuis, ut ejus  
imitationi jugiter inhærentes,  
gloriam asequamur æternam. Per  
Dominum.

Epistola: Fratres. *Exhibeamus  
nometipsos ut in Missali in die Ss.  
Abdon et Sennem 30 Julii.*

## Secreta.

**P**urifacet nos, quæsumus Do-  
mine, munera præsentis  
oblatio; et intercessione Beati  
Joannis Baptistæ confessoris tui  
fiat per gratiam tuam in nobis  
spiritus renovatio. Per Dominum

## Postcommunio.

**C**orporis tui sacri, ac pretiosi  
Sanguinis, quo redempti sumus,  
Domine Jesu-Chrste, par-  
ticipes effecti, quæsumus ut in-

tercedente Beato Joanne Baptis-  
te confessore tuo Redemptionis  
æternæ fructus percipere merea-  
mur. Per Dominum.

*Die xv. Februarii.*

IN FESTO V. M. V. DE GUA-  
dalupe Mexicanæ.

## Introitus.

**S**alve sancta parens, enixa  
puerpera Regem: qui cœ-  
lum, terramque regit in sæcula  
sæculorum.

*Psalm.* Eructavit cor meum  
verbum bonum, dico ego opera  
mea Regi. **v.** Gloria Patri.

## ORATIO.

**D**eus, qui sub Beatissimæ  
Virginis Mariæ singulari  
patrocinio constitutos perpetuis  
beneficiis nos cumulari voluisti;  
præsta supplicibus tuis, ut cujus  
hodie commemoratione lætamur  
in terris, ejus conspectu Perfrua-  
mur in cœlis. Per Dóminum.

Lectio libri Sapientiæ.  
**E**GO quasi vitis fructificavi  
suavitatem odoris: & flo-  
res mei fructus honoris & ho-  
nestatis. Ego Mater pulchrae di-  
lectionis, & timoris, & agnitio-  
nis & sanctæ spei. In me gratia  
omnis viæ, & veritatis; in me  
omnis spes vitæ & virtutis. Tran-  
site ad me omnes, qui concupis-  
citis me, & a generationibus meis

## FESTA MARTII.

implemini. Spiritus enim meus  
super mel dulcis, & hereditas  
mea super mel & favum. Me-  
moria mea in generationes sæ-  
culorum. Qui edunt me, adhuc  
esurient, & qui bibunt me, ad-  
huc sitient. Qui audit me, non  
confundetur; & qui operantur in  
me, non peccabunt. Qui eluci-  
dant me, vitam æternam habe-  
bunt.

*Graduale.* Quæ est ista, quæ  
progreditur quasi aurora consur-  
gens, pulcra ut Luna, electa ut  
Sol: **v.** Quasi arcus resplendens in-  
ter nebulas gloriæ, & quasi flos  
rosarum in diebus vernis. Allelu-  
ia, alleluia. **v.** Flôres apparue-  
runt in terra nostra, tempus pu-  
tationis adyénit. Alleluia.

*Post Septuagesimam omiso Alle-  
luia, & Versu sequenti, dicitur*

*Tractus.* Gaude Maria Virgo,  
cunctas hæreses sola interemisti.  
**v.** Quæ Gabrielis Archangeli di-  
ctis credidisti. **v.** Dum Virgo  
Deum & hominem genuisti: &  
post partum virgo inviolata per-  
mansisti. **v.** Dei genitrix inter-  
cede pro nobis.

*Sequentia sancti Evangelii secún-  
dum Lucam.*

**I**n illo tempore Exurgens Ma-  
ria abiit in montana cum fes-  
tinatione in civitatem Judá: &  
intravit in domum Zachariæ, &

salutavit Elisabeth. Et factum est,  
ut audivit salutationem Mariæ  
Elisabeth, exultavit infans in ute-  
ro ejus, & repleta est Spiritu  
Sancto Elisabeth, & exclamavit  
voce magna, & dixit; Benedic-  
ta tu inter mulieres, & benedic-  
tus fructus ventris tui: Et unde  
hoc mihi, ut veniat Mater Do-  
mini mei ad me? Ecce enim ut  
facta est vox salutationis tuæ in  
auribus meis, exultabit in gaudio  
infans in utero meo. Et beata,  
quæ credidisti, quoniam perfec-  
tientur ea, quæ dicta sunt tibi  
a Domino. Et ait Maria: Mag-  
nificat anima mea Dominum: &  
exultavit spiritus meus in Deo sa-  
luti meo. *Credo.*

*Offertorium.* Elegi, & sanctifi-  
cavi locum istum, ut sit ibi no-  
men meum, & permaneat ocu-  
li mei, & cor meum ibi cunc-  
tis diebus.

## Secreta.

**T**UA, Domine, propitiatio-  
ne, & Beatæ Mariæ semper  
Virginis intercessione, ad perpe-  
tuam, atque præsentem hæc obla-  
tio nobis proficiat prosperitatem,  
& pacem. Per Dominum nos-  
trum.

*Præfatio.* Et te in Festivitate.

*Communio.* Non fecit taliter  
omni nationi, & judicia sua non  
manifestavit eis.

## SANCTORUM HISPANORUM.

*Postcommunio.*

**S**umptis, Dómine, salutis nostræ subsidiis: da, quæsumus, Beatæ Mariæ semper Virginis patrocinii nos ubique protegi, in cuius veneratione hæc tuæ obtulimus majestati. Per Dominum.



## FESTA MARTII.

*Die i. Martii.*

IN FESTO SANCTI RUDESINI di Episc. & Confess. Dup.

**Missa:** Statuit ei Dominus: *de Communi Confessoris Pontif.*  
*Evang.* Sint lumbi vestri præcincti: *de Communi Confessoris non Pontificis.*

*ORATIO.*

**P**ropitiare, quæsumus Dómine, nobis famulis tuis per sancti Confessoris tui, atque Pontificis Rudesindi merita gloria: ut ejus pia intercessione ab omnibus semper protegamus adversis. Per Dominum nostrum Iesum-Christum Filium tuum.

*Die iii. Martii.*

IN FESTO SANCTORUM HEMETHERII, & CELEDONII MARTYrum. Duplex.

**Missa:** Intret in conspectu tuo, *de suo Communi.*

*ORATIO.*

**D**eus, qui gloriosos Mar-tyres Hemetherium, & Celedonium in tui nominis confessione roborasti: concede propitius; ut quorum corpora veneramur in terris, eorum aspectu perfruamur in Cœlis. Per Dominum nostrum.

*Deinde fit commem. feriæ Quadragesimæ, si celebretur in ea.*

*Graduale.* Ecce quam bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum. ¶. Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron.

*Tractus.* Qui seminant in lacrimis, in gaudio metent. ¶. Eunt ibant & flebant: mitten-tes semina sua. ¶. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

*Secreta.*

**A**desto, Dómine, supplica-tionibus nostris, quas in sanctorum tuorum commemora-tione deferimus: ut qui nostræ justitiae fiduciam non habemus, eorum qui tibi placuerunt, méritis adjuvemur. Per Dñum.

*Postcommunio.*

**Q**uæsumus, Dómine, salu-táribus repleti mysteriis: ut quorum solemnia ce-

## FESTA MARTII

lebramus, eorum orationibus adjuvemur. Per Dominum.

*Die viii. Martii.*

IN FESTO S. VEREMUNDI, Abbat. pro utroque Clero Regni Navarræ Duplex.

**Missa:** Os justi, *de Communi Abbat. Oratio. Intercessio.*

*Die viii. Martii.*

IN FESTO SANCTI JOANNIS de Deo Confessoris, Duplex,

**Missa:** Os justi: *de Communi Confessoris non Pontificis: Evangelium: Accesserunt ad Jesum, ut in Dominica 17. post Pentecostem.*

*ORATIO.*

**D**eus, qui Beatum Joannem tuo amore succensum, inter flamas innoxium incedere fecisti, & per eum Ecclesiam tuam nova prole fæcundasti: præsta, ipsius suffragantibus méritis, ut igne charitatis tuæ vitia nostra curentur, & remedia nobis æterna proveniat. Per Dominum nostrum.

*Die xiii. Martii.*

IN FESTO SANCTI LEANDRI Episcopi, & Confessoris.

Duplex.

**Missa:** In medio Ecclesiæ, *de Communi Doctoris sine Credo.*

*ORATIO.*

**D**eus, qui Arianam pravitatem doctrina Sancti Confessoris tui, atque Pontificis Leandri ex Hispania propulisti: da plebi tuæ, ut ejusdem meritis & precibus, ab omni errorum & vitiorum labore semper libera conservetur. Per Dominum nostrum.

*Die xiv. Martii.*

IN FESTO S. FLORENTINÆ Virginis. Duplex.

**Missa:** Dilexisti justitiam, *de Communi Virginum.*

*ORATIO.*

**E**xaudi nos Deus salutaris noster: ut sicut de Beatæ Florentinæ Virginis tuæ festivitate gaudemus, ita piæ devotionis erudiamur affectu. Per Dominum.

B 3

mittetur. Et interroabant eum milites, dicentes: quid faciemus nos? Et ait illis: neminem cutiatis, neque calumniam faciatis, et contenti estote stipendiis vestris.

*Cætera ut in dicto Communi Abbatum.*

IN FESTO SANCTI RAYMUNDI Abbatis Regalis Monasterii Sanctæ Mariæ de Fitero, & Fundatoris Ordinis de Calatrava.  
Duplex.

**Missa:** Os justi, de Communi Abbatum præter sequentia.

#### ORATIO.

**D**eus, qui Beato Raymundo Abatti præliari prælia tua, & fidei inimicos superare dedisti, concede, ut ejus nos intercessione muniti, ab hostibus mentis, & corporis liberemur. Per Dñum. &c.

**Sequentia S. Evangelii secundum Lucam. cap. 3.**

**I**n illo tempore: Dicebat Iohannes ad turbas, quæ exibant, ut baptizarentur ab ipso: Genima viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructus dignos poenitentiae, & ne cœperitis dicere: Patrem habemus Abraham: Dico enim vobis, quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ: jam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum excidetur, & in ignem

*Die xvii. Martii.*

IN FESTO SANCTI PATRITII Episcopi, & Confessoris.  
Semiduplex.

**Missa:** Statuit ei Dominus, de Communi Confessoris Pontif.

#### ORATIO.

**D**eus, qui ad prædicandam gentibus gloriam tuam Beatum Patritium Confessorem, atque Pontificem mittere dignatus es: ejus meritis, & intercesione concede, ut quæ nobis agenda præcipis, te miserante, adimplere possimus. Per Dominum nostrum.

*Die xviii. Martii.*

IN FESTO SANCTI BRAULII Episcopi, & Confessoris.  
Duplex.

**Missa:** Statuit, de Communi Confessoris Pontif.

#### ORATIO.

**E**cclesiæ tuam Domine, perpetuis tuere præsidii, quam Beati Braulii Confessoris tui atque Pontificis munire voluisti zelo, eruditione, & exemplis. Per Dominum.

*Die xix. Martii.*

IN FESTO SANCTI GABRIELIS Archangeli. Dup. maj.

#### Introitus.

**B**enedicite Dominum omnes Angeli ejus: potentes virtute, qui facitis verbum ejus, ad audiendam vocem sermonum ejus.

**Psalm.** Benedic anima mea Domino: & omnia quæ intra me sunt, Nomihi sancto ejus.

**V. Gloria Patri.**

#### ORATIO.

**D**eus, qui inter cæteros Angelos ad annuntiandum Incarnationis tuæ Mysterium Gabrielem Archangelum elegisti: concede propitijs, ut qui festum ejus celebramus in terris, ipsius patrocinium sentiamus in Cœlis. Qui vivis, & regnas.

*Et fit commemoratio feriæ Quadragesimæ, si celebretur in ea.*

**Lectio Danielis Prophetæ.**

**I**n diebus illis: Ecce vir Gabriel, quem videram in vi-

sione à principio, citò volans testigat me in tempore sacrificii vespertino. Et docuit me, & locutus est mihi, dixitque: Daniel nunc egressus sum, ut docerem te, & intelligeres. Ab exordio precum tuarum egressus est sermo: ego autem veni ut indicarem tibi, quia vir desideriorum es: tu ergo animadverte sermonem, & intellige vissionem. Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt super populum tuum, & super urbem sanctam tuam, ut consummetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & doleatur iniqitas, & adducatur justitia sempererna, & impleatur visio, & prophetia, & ungatur Sanctus Sanctorum. Scito ergo, & animadverte: ab exitu sermonis, ut iterum ædificetur Jerusalem, usque ad Christum ducem hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ erunt: & rursum ædificabitur platæa, & muri in angustia temporum. Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus; & non erit ejus populus, qui eum negaturus est. Et civitatem, & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo: & finis ejus vastitas, & post finem bellî statuta desolatio.

**Graduale.** Benedicte Dominum omnes Angeli ejus, poten-

## SANCTORUM HISPANORUM.

tes virtute , qui fáctis verbum ejus. ¶ Bénedic anima mea Domino , & omnia interiora mea nomen sanctum ejus.

*Tractus.* Ave Maria gratia plena , Dominus tecum. ¶ Benedicta tu in mulieribus : & benedictus fructus ventris tui. ¶ Ecce concípies , & paries filium , & vocabis nomen ejus Emmáuel ¶ Spiritus Sanctus supervéniet in te , & virtus Altissimi obumbrabit tibi. ¶ Ideòque , & quod nascetur ex te sanctum , vocabitur Filius Dei.

*Si hoc festum post Pascha celebretur , omissis Graduali ,* ¶ *Tractu , dicatur*

Alleluia , Alleluia. ¶ Qui facit Angelos suos spiritus , & ministros suos flammam ignis, alleluia. ¶ Ave Maria gratia plena Dominus tecum : benedicta tu in mulieribus. Alleluia.

Sequentia Sancti Evangelii secundum Lucam.

**I**N illo tempore : Missus est Angelus Gábel á Deo in ciuitatem Galileæ , cui nomen Názareth , ad Virginem desponsatam viro , cui nomen erat Joseph , de domo David , et nomen Virginis Maria : Et ingressus Angelus ad eam , dixit : Ave gratia plena : Dominus tecum:

benedicta tu in mulieribus. Quæcum audisset , turbata est in sermone ejus , et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei : Ne timeas Maria , inventisti enim gratiam apud Deum: Ecce concípies in útero , et paries Filium , et vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus , et Filius Altíssimi vocabitur , et dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus : et regnabit in domo Jacob in æternum , et regni ejus non erit finis : Dixit autem Maria ad Angelum : Quómodò fiet istud , quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus dixit ei : Spíritus Sanctus superveniet in te , et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideòque et quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. Et ecce Elísbeth cognata tua , et ipsa concepit Filium in senectute sua ; et hic mensis sextus est illi , quæ vocatur stérilis , quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria : Ecce ancilla Dómini , fiat mihi secundum verbum tuum. *Credo.*

*Offertorium.* Stetit Angelus juxta aram Templi, habens thuríbulum aúreum in manu sua : et data sunt ei incensa multa : et ascendit fumus arómatum in conspectu Dei.

## FESTA MARTII

*Secreta.*

**A**ceptum fiat in conspectu tuo Domine, nostræ servitutis munus , & Beati Archángeli Gabrielis oratio: ut venerántibus eum in terris , sit apud te advocatus in cœlis. Per Dñm.

*Deinde fit commemoratio ferie.*

*Communio.* Benedícite omnes Angeli Domini Dominum,hymnum dícite, & superexaltáte eum in sæcula.

*Postcommunio.*

**C**Orporis tui , & Sanguinis sumptis mystériis , tuam, Domine Deus noster , deprecamur clementiam , ut sicut , Gabriele nuntiante , Incarnationem tuam cognóvimus ; ita ipso adjuvánte Incarnationis ejusdem beneficia consequamur. Qui vivis , & regnas.

*Deinde fit comm. fer. cum ult. Evang.*

oooooooooooooooooooooooo  
*FERIA SEXTA POST DOMINICAM. Passio.*

*IN FESTO SEPTEM DOLOrum Beatissimæ Virginis Mariæ. Dup. maj.*

*Introitus.*

**S**tabant juxta Crucem Jesu Mater ejus , & soror matris ejus Maria Cléophæ , & Salomé , & Maria Magdalena.

¶ Mulier , ecce filius tuus, dixit Jesus matri suæ : ad discipulum autem : Ecce Mater tua. ¶ Gloria Patri.

*ORATIO,*

**D**EUS , in cujus passione , secundum Simeónis prophetiam , dulcissimam ánimam gloriosæ Virginis & Matris Mariæ doloris gladius pertransivit: concede propitius : ut qui transfixionem ejus , & passionem venerando recólimus , gloriosis meritis & precibus omnium Sanctorum Cruci fideliter astantium intercedentibus , passionis tuæ effectum felicem consequamur. Qui vivis , & regnas.

*Deinde fit commemoratio ferie.*

*Lectio Libri Judith.*

**B**Enedixit te Dominus in virtute sua , qui per te ad nihilum redegit inimicos nostros. Benedicta es tu á Domino Deo excelsø præ omnibus mulieribus super terram. Benedictus Dominus , qui creavit cœlum & terram , quia hodie nomen tuum ita magnificavit , ut non recédat laus tua de ore hóminum qui mémores fuerint virtutis Domini in æternum , pro quibus non pepercisti animæ tue propter angustias , et tribulationes generis tui , sed subvenisti ruinæ ante conspectum Dei nostri.

## FESTA MARTII.

*Graduale.* Dolorosa et lacrymabilis es Virgo Maria, stans juxta Crucem Domini Jesu Filii tui Redemptoris. Alleluia., alleluia. ¶ Virgo Dei génitrix, quem totus non capit orbis, hoc crucis fert supplicium vitæ factus homo. Alleluia.

*Post Septuages.* omiso Alleluia, dicitur Tractus.

Stabat Sancta Maria Cœli Regina et mundi Domina, juxta Crucem Domini nostri Jesu Christi dolorosa. ¶ O vos omnes, qui transitis per viam, atténdite, et videte, si est dolor sicut dolor meus.

*In Missis votivis tempore Paschali.* Alleluia, alleluia.

Stabat Sancta Maria Cœli Regina, et mundi Domina, juxta Crucem Domini nostri Jesu Christi dolorosa, Alleluia. ¶ O vos omnes, qui transitis per viam, atténdite, et videte, si est dolor sicut dolor meus. Allel.

*Sequentia dicenda tantum in die festivitatis.*

**S**tabat Mater dolorosa, Juxta Crucem lacrymosa, Dum pendebat Filius. Cujus animam gementem, Contristataam, et dolentem Pertransivit gladius.

O quám tristis, et afflita

Fuit illa benedicta  
Mater Unigeniti!  
Quæ mcerebat, et dolebat,  
Et tremebat, cum videbat  
Nati pœnas incliti.

Quis est homo, qui non fleret,  
Christi Matrem si videret  
In tanto supplitio?

Quis posset non contristari  
Piam Matrem contemplari  
Dolentem cum Filio?

Pro peccatis suæ gentis  
Vidit Jesum in tormentis,  
Et flagillis subditum.

Vidit suum dulcem natum  
Morientem desolatum,  
Dum emissit spíritum.

Eja Mater, fons amoris,  
Me sentire vim doloris  
Fac, ut tecum lúgeam.

Fac ut árdeat cor meum  
In amando Christum Deum,  
Ut sibi compláceam.

Santa Mater istud agas,  
Crucifixi fige plagas  
Cordi meo válidé.

Tui nati vulnerati,  
Tam dignati pro me pati,  
Pœnas mecum dívide.

Fac me verè tecum flere,  
Crucifixo condolere,  
Donec ego víxero.

Justa Crucem tecum stare,  
Te libentè sociare  
In planctu desídero.

Virgo Virginum præclara,

## FESTA MARTII.

Mihi jam non sis amara

Fac me tecum plágere.

Fac ut portem Christi mortem,  
Passionis fac consortem,  
Et plagas recolere.

Fac me plagis vulnerari,  
Cruce hac inebriari,  
Ob amorem Filii.

Inflammatus, et accensus,  
Per te Virgo, sim defensus  
In die judicii.

Fac me Cruce custodiri,  
Morte Christi præmuniri,  
Confoveri gratia.

Quando corpus morietur  
Fac ut animæ donetur  
Paradisi gloria. Amen.

*Sequentia Sancti Evangelii secundùm Joannem.*

**I**n illo tempore: Stabant juxta Crucem Jesu Mater ejus, et soror matris ejus Maria Cléophæ, et Maria Magdalena. Cum vidisset ergo Jesus Matrem, et Discipulum stantem, quem diligebat, dicit Matri suæ: Mulier: Ecce filius tuus. Deinde dicit Discipulo: Ecce Mater tua. Et ex illa hora accepit eam Discipulus in sua. *Credo.*

*Offertorium.* Recordare Virgo Mater Dei, dum stéteris in conspectu Domini, ut loquaris pro nobis bona, et ut avertas indignationem suam á nobis.

*Secreta.*

**O**fferimus tibi preces, & hostias, Domine Iesu-Christe, humilitè supplicantibus: ut qui transfixionem dulcissimi spiritus Beatæ Mariae Matris tuæ præcibus recensemus, suæ suorumque sub Cruce Sanctorum consortium, multiplicato piissimo interventu; meritis mortis tuæ, meritum cum beatis habeamus. Qui vivis, & regnas.

*Deinde Secreta feriæ.*

*Prefatio.* Et te in Transfixione.

*Communio.* Felices sensus Beatae Mariæ Virginis, qui sine morte meruerunt martyrii palmam sub Cruce Domini.

*Postcommunio.*

**S**acrificia, quæ sumpsimus, Domine Iesu-Christe, transfixionem Matris tuæ, & Virginis devote celebrantes, nobis impetrant apud clementiam tuam omnis boni salutaris effectum. Qui vivis, & regnas.

*Deinde postcommunio feriæ, de qua in fine Missæ legitur Evangelium.*



## FESTA

## APRILIS.

*Die iv. Aprilis*

## SANCTORUM HISPANORUM.

IN FESTO SANCTI ISIDORI  
Episcopi, & Confessoris.  
Dup. 2. clas.

**Missa**: In medio Ecclesiæ, de  
Communi Doct. cum Credo.

Die v. Aprilis.

IN FESTO SANCTI VINCEN-  
tii Ferreri Confess. Dup.

**Missa**: Os justi, de Communi  
Confessoris non Pontificis.

## ORATIO.

**D**eus, qui Ecclesiam tuam  
Beati Vincentii Confessô-  
ris tui meritis & prædicatione  
illustrare dignatus es; concede no-  
bis famulis suis; ut & ipsius ins-  
truamur exémplis, & ab omni-  
bus ejus patrocinio liberemur ad-  
versis. Per Dominum nostrum.

Die xiii. Aprilis.

IN FESTO SANTI HERME-  
negildi Martyris. Dup.

**Missa**: Protexisti me Deus  
de Communi unius Martyris tem-  
pore Paschali.

## ORATIO.

**D**eus, qui Beatum Her-  
menegildum Martyrem  
tuum cœlesti Regno terrenum  
postponere docuisti: da quæsu-

mus nobis ejus exemplo caduca  
despicere, atque æterna sectari.  
Per Dominum nostrum.

**Evangelium**: Si quis venit ad  
me, de communi unius Marty-  
ris extra tempus Paschale: si ve-  
ro celebretur extra tempus Pas-  
chale Missa erit: In virtute tua,  
cum Orationibus & Evang. Si-  
quis venit.

Die xiv. Aprilis.

IN FESTO B. PETRI GONZA-  
lez, S. Telmi vulgo appellati.

## Introitus.

**D**icit Dominus: Sermones  
mei, quos dedi in os  
tuum, & munera tua accepta  
erunt super altare meum. Alle-  
luia, alleluia.

**Psalm.** Domine exaudi ora-  
tionem meam: & clamor meus  
ad te veniat. ¶ Gloria Patri.

## ORATIO.

**D**eus, qui in maris pericu-  
lis constitutis Beati Petri  
opem singularem estendis: ejus  
nobis intercessione concede, ut  
in hujus vitæ procellis tuæ gratiæ  
lumen semper effulgeat, quo  
æternæ salutis portum invenere  
valeamus. Per Dominum.

## FESTA APRILIS.

Lectio Epistolæ Beati Pauli Apos-  
tolii ad Thessalonicenses.

**F**ratres: Fiduciam habuimus  
in Deo nostro loqui ad vos  
Evangelium Dei in multa solici-  
tudine. Exortatio enim nostra  
non de errore, neque de immuni-  
ditia, neque in dolo, sed sicut  
probati sumus à Deo, ut crede-  
retur nobis Evangelium: ita lo-  
quimur, non quasi hominibus  
placentes, sed Deo, qui probat  
corda nostra. Neque enim ali-  
quando fuimus in sermone adu-  
lationis, sicut scitis: neque in oc-  
casione avaritiæ: Deus testis est:  
nec querentes ab hominibus glo-  
riam, neque à vobis, neque ab  
aliis. Cum possemus vobis oneri  
esse ut Christi Apostoli: sed facti  
sumus parvuli in medio vestrum,  
tamquam si nutrix foveat filios  
suos. Ita desiderantes vos cupi-  
dē volebamus tradere vobis non  
solum Evangelium Dei, sed etiam  
animas nostras: quoniam charis-  
simi nobis facti estis.

**Graduale.** Justus, ut palma  
florebit: sicut cedrus Libani mul-  
tiplicabitur in domo Domini.

¶ Ad anuntiadum mané  
misericordiam tuam, & verita-  
tem tuam per noctem, alleluia,  
alleluia. ¶ Beatus vir, qui suffert  
tentationem: quoniam cum pro-  
batus fuerit, accipiet coronam vi-

**T**empore Paschali omittitur  
Graduale, & ejus loco dicitur  
Alleluia, alleluia. ¶ Beatus vir,  
qui suffert temptationem; quo-  
niam cum probatus fuerit, acci-  
piet coronam vitæ, alleluia. ¶  
Amavit eum Dominus, & orna-  
vit eum; stolam gloriae induit  
eum. Alleluia.  
Sequentia Sancti Evangelii secun-  
dum Matthæum.

**I**n illo tempore: Dixit Jesus  
discipulis suis: Euntes præ-  
dicate, dicentes: Quia appropin-  
quavit regnum cœlorum. Infir-  
mos curate, mortuos suscitate,  
leprósos mundate, dæmones ej-  
cite: gratis accepistis, gratis date.  
Nolite possidere aurum, neque  
argentum, neque pecuniam in  
zonis vestris: non peram in via,  
neque duas túnicas, neque cal-  
ceamenta, neque virgam: dignus  
enim est operarius cibo suo.

**Offertorium.** De necessitatibus  
eorum eduxit eos. Et statuit pro-  
cellam ejus in auram: & silué-  
runt fluctus ejus. Et lætati sunt,  
quia siluérun: & deduxit eos in  
portum voluntatis eorum. Alle-  
luia.

## Secreta.

**P**ropitiare nobis Deus nos-  
ter, ut quos salutaribus  
reficis Sacramentis, intercessione

Beati Petri Confessoris tui, jungas nominibus beatorum. Per Dominum.

*Communio.* Tu dominaris potestati maris: motum autem fluctuum ejus tu mítigas. Alleluia.

*Postcommunio.*

**C**orda nostra, quæsumus Domine, lúmine tuæ claritatis illustra: ut verbo salutis erudíti, interveniente Beato Petro Confessore tuo, nòxia cuncta vitemus, & quæ recta sunt agere valeamus. Per Dominum.

*Die xvi. Aprilis.*

IN FESTO SANCTI TURIBII de Liebana Episcopi, & Confess. Duplex.

**Missa:** Statuit ei Dominus, de Communi Confessoris Pontificis primo loco.

*Oratio.* Exaudi quæsumus, &c. de eodem Communi 2. loco.

*Die xxi. Aprilis.*

IN FESTO SANCTI ANSELMI Episcopi, Confessoris, et Doctoris. Duplex.

**Missa:** In medio Ecclesiæ, de Communi Doct. cum Credo.

*Die xxiv. Aprilis.*

IN FESTO SANCTI FIDELIS Asigmaringa, Protomartyris. Duplex.

**Missa:** Protexisti, de Communi unius Martyris tempore Paschali. Extra temp. Paschale: Statuit.

*ORATIO.*

**D**eus, qui Beatum Fidelem seraphico spiritus ardore succensum, in veræ fidei propagatione martyrii palma, & gloriis miraculis decorare dignatus es: ejus, quæsumus, meritis et intercessione, ita nos per gratiam tuam in fide, et charitate confirma, ut in servitio tuo fideles usque ad mortem inveniri mereamur. Per Dominum.

*Die xxvii. Aprilis.*

IN FESTO SANCTI THURIBII Episcopi, & Confessoris. Semid.

*Introitus.*

**S**tatuit ei Dominus testamentum pacis, et principem fecit eum, ut sic illi Sacerdotii dignitas in æternum.

*Psalm.* Memento Domine David, & omnis mansuetudinis ejus.

*¶. Gloria Patri.*

*ORATIO.*

**E**cclæsiam tuam, Domine, Beati Thuribii Confessoris tui, atque Pontificis continua protectione custodi: ut sicut illum Pastoralis solicitude gloriosum reddidit, ita nos ejus intercessio in tuo semper faciat amore ferventes. Per Dominum nostrum.

*Lectio libri Sapientiæ.*

**E**cce Confessor magnus, qui in vita sua suffulsa domum, & in diebus suis corroboravit templum. Templi etiam altitudo ab ipso fundata est, duplex ædificatio, & excelsi parietes tempii. In diebus ipsius emanaverunt pùtei aquarum, & quasi mare adimplerti sunt supra modum. Qui curavit gentem suam, & liberavit eam à perditione. Qui prævaluit amplificare civitatem, qui adeptus est gloriam in conversatione gentis: et ingressum domus, et atrii amplificavit. Quasi stella matutina in medio nebulæ, et quasi luna plena in diebus suis lucet. Et quasi sol refulgens, sic iste effulsa in templo Dei. Quasi arcus refulgens inter nebulas gloriæ, et quasi flos rosarum in diebus vernis, et quasi lilia, quæ sunt in transitu aquæ, et quasi thus redolens in diebus aestatis.

Quasi ignis effulgens, & thus ar-

dens in igne. Quasi vas auri sólidum, ornatum omni lapide prætioso. Quasi oliva pullulans, & quasi cypressus in altitudine se extollens. Circa illum corona fratrū: & quasi plantatio cedri in monte Libano, sic circa illum steterunt quasi rami palmæ, & omnes filii Aaron in gloria tua.

*Graduale.* Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo.

*¶. Non est inventus similis illi, qui conservaret legem Excel- si. Alleluia, alleluia.*

Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchise- dech. Alleluia.

*Post Septuagesimam, omissa Alle- luia, & ¶ sequenti, dicitur.*

*Tractus.* Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis ejus cu- pit nimis.

*¶. Potens in terra erit semen ejus: generatio rectorum bene- dicetur.*

*¶. Gloria & divitiæ in domo ejus, & justitia ejus manet in sæ- culum sæculi.*

*Tempore Paschali, omissa Graduale, & ejus loco dicitur.* Alleluia, alleluia.

*¶. Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchise- dech. Alleluia.*

*¶. Hic est Sacerdos, quem co-*

ronavit Dominus. Alleluia.

Sequentia Sancti Evangelii secundum Matthæum.

**I**N illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Homo peregrinè proficiscens, vocavit servos tuos, & tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii verò unum, unicuique secundum propriam virtutem, et profectus est statim. Abiit autem, qui quinque talenta acceperat, et operatus est in eis, et lucratus est alia quinque. Similiter et qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem unum acceperat, abiens fodit in terram, et abscondit pecuniam Domini sui. Post multum verò temporis venit Dominus servorum illorum, et posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. Ait illi Dominus ejus: Euge serve bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.

*Postcommunio.*

**P**ræsta quæsumus Omnipotens Deus, ut de perceptis muneribus gratias exhibentes, intercedente Beato Thuribio Confessore tuo atque Pontifice, beneficia potiora summamus. Per Dominum nostrum.   
\*\*\*\*\*  
*Die xxviii. Aprilis.*  
**IN FESTO SANCTI PRUDEN**  
tii Episcopi, & Confess.  
Duplex.

IN FESTO SANCTI PRUDEN

tii Episcopi, & Confess.

Duplex.

Ait illi Dominus ejus: Euge serve bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.

*Offertorium.* Invéni David serum meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum.

*Secreta.*

**S**ancti tui, quæsumus Domine, nos ubique latifcent: ut dum eorum mérita recolimus, patrocinia sentiamus. Per Dominum.

*Communio.* Fidelis servus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam; ut det illis in tempore tritici mensuram.

*Postcommunio.*

**P**ræsta quæsumus Omnipotens Deus, ut de perceptis muneribus gratias exhibentes, intercedente Beato Thuribio Confessore tuo atque Pontifice, beneficia potiora summamus. Per Dominum nostrum.

IN FESTO PATROCINII  
Sancti Joseph.

Duplex.

*Introitus.*

**A**djutor, & protector noster est Dominus: in eo latabitur cor nostrum, & in nomine sancto ejus speravimus. Alleluia, alleluia.

*Psalm.* Qui regis Israël, intende; qui deducis velut ovem Joseph.

*V. Gloria Patri.*

*ORATIO.*

**D**eus, qui ineffabili providentia Beatum Joseph Sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsum eligere dignatus es, præsta, quæsumus, ut quem Protectorem veneramur in terris, intercessorem habere mereamur in cœlis. Qui vivis, & regnas.

*Deinde fit Commemoratio Dominicæ.*

Lectio libri Génésis.

**F**ilius accrescens Joseph, filius accrescens, & decorus aspectu: Filiæ discurrerunt super murum, sed exasperaverunt eum, & jurgati sunt, invideruntque illi habentes jacula. Sedit in forti arcus ejus, & dissoluta sunt vincula brachiorum & manuum illius per manus potentis Jacob. Inde Pastor egressus est lapis Israel. Deus Patris tui erit adju-

C 3

**M**issa: Statuit, de Communi Confessoris Pontificis i. loco, cum orationibus prop. ut infra.

*ORATIO.*

**D**eus, largitor pacis, qui Prudentio Confessori tuo atque Pontifici mirificam dissidentes animos componendi gratiam tribuisti, da quæsumus, ut ejus meritis, & intercessione veram cum tua voluntate concordiam jugiter servemus. Per Dominum, &c.

*Secreta.*

**U**bi nobis Domine unitatis & pacis dona concedas, quæ sub oblatis muneribus mysticè designantur, fac nos semper Beati Prudentii Confessoris tui atque Pontificis validis muniri præsidiis. Per Dominum nostrum, &c.

*Postcommunio.*

**S**piritum nobis Domine tuæ charitatis infunde, ut quos unâ mensâ satiasti, intercedente Beato Prudentio Confessore tuo atque Pontifice, mutua semper facias dilectione concordes. Per Dominum &c. in unitate ejusdem, &c.

\*\*\*\*\*  
**DOMINICA TERTIA POST**  
*Pascha.*

## SANCTORUM HISPANORUM.

xit filiis tuis in te. Alleluia , alleluia.

*Secreta.*

**S**Antissimæ genitricis tuæ Sponsi Patrocinio suffulti, rogamus, Domine , clementiam tuam ; ut corda nostra facias terrena cuncta despicere , ac te verum Deum perfecta charitate diligere. Qui vivis , &c.

*Communio.* Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ, de qua natus est Jesus , qui vocatur Christus. Alleluia , alleluia.

*Postcommunio.*

**D**i yni münneris fonte refecti , quæsumus Domine Deus noster , ut sicut nos facias Beati Joseph protectione gaudere , ita ejus meritis , & intercesione cœlestis gloriae facias esse participes. Per Dominum , &c.

*In fine Missæ Evangelium Dominicæ.*



## FESTA

## MAII.

*Die v. Maii.*

IN FESTO CONVERSIONIS Sancti Augustini Episcopi , Confessoris , & Ecclesiæ Doctoris.

Duplex.

## FESTA MAII.

*Introitus.*

**V**enite , & narrabo , omnes qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ Misericors , & miserator Dominus , longanimitis , & multum misericors. Alleluia , alleluia.

*Psalm.* Suavis Dominus universis , & miserationes ejus super omnia opera ejus. ¶ Gloria Patri , &c.

## ORATIO,

**D**eus , qui hodiernam diem Beati Augustini Confessoris tui , atque Pontificis mirabili conversione decorasti; præsta quæsumus , ut sicut Ecclesiam tuam propulsis erróribus protégit , ita corda nostra precibus suis contra malignos spíritus tua gratia irrigante defendat. Per Dominum nostrum , &c.

Lectio Epistolæ Beati Pauli Apostoli ad Romanos.

**F**ratres: Nox præcessit, dies autem appropinquavit; abjiciamus ergo opera tenebrarum , & induamur arma lucis; sicut in die honestè ambulemus ; non in comessationibus , & ebrietatibus: non in cubilibus , & impudicitiis: non in contentione , & emulatione: sed induimini Dominum Jesum Christum.

¶. Alleluia , alleluia. Dirupisti vincula mea , tibi sacrificabo

hostiam laudis : & nomen Domini invocabo , alleluia. ¶. Confitebor tibi , quoniam exaudisti me , & factus es mihi in salutem Alleluia.

*Si celebretur post temp. Pasch.*

*Graduale.* Misericordias Domini in æternum cantabo: ¶. In generationem , & generationem annuntiabo veritatem tuam in ore meo Alleluia , alleluia.

¶. Vulneraveras tu Domine cor meum charitate tua, & gestabam verba tua in visceribus, quasi sagittas acutas , & exempla servorum tuorum, quos de mortuis vivos feceras, tamquam carbones vastatores Alleluia.

Sequentia S. Evangelii secundum Matthæum.

**I**n illo tempore : Dixit Petrus ad Jesum : Ecce nos reliquimus omnia , & secuti sumus te: Quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis : Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione , cum sederit filius hominis in sede majestatis suæ , sedebitis & vos super sedes duodecim , judicantes duodecim tribus Israël. Et omnis , qui reliquerit domum , vel fratres, aut sorores , aut patrem , aut matrem , aut uxorem , aut filios, aut agros propter nomen meum,

32 céntuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. *Credo.*

*Offertorium.* Justus ut palma florebit, sicut cedrus, quæ in Libano est, multiplicabitur. Alleluia.

*Secreta.*

**S**ancti Augustini Confessoris tui, atque Pontificis, quæ sumus Domine, annua conversionis solémnitas pietati tuæ nos reddat acceptos, ut per hæc piæ placationis officia, & illum beata retributio comitetur, & nobis gratiæ tuæ dona concilier. Per Dominum nostrum.

*Communio.* Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Alleluia.

*Postcommunio.*

**D**eus, qui ineffabili providentia Beatum Augustinum ab errorum tenebris ad lumen Evangelicæ veritatis adduxisti; da nobis quæsumus, ut qui ejus hodie conversionem colimus; eodem precante, dona tuæ gratiæ sentiamus. Per Dominum.

*Die v. Maii.*

**IN FESTO SANCTI PII V.**  
Papæ, et Confess.  
Duplex.

## SANCTORUM HISPANORUM.

**M**issa: Statuit ei Dominus, de Communi Confessoris Pontif.

ORATIO.

**D**eus, qui ad conterendos Ecclesiæ tuæ hostes, et ad divinum cultum reparandum Beatum Pium Pontificem Maximum eligere dignatus es: fac nos ipsius defendi præsidiis, et ita tuis inhærere obsequiis, ut omnium hostium superatis insidiis, perpetua pace lætemur. Per Dominum nostrum.

*Die x. Maii.*

**IN FESTO SANCTI ANTONI**  
ni Archiepiscopi, & Confes-  
soris. Semiduplex.

**M**issa: Statuit ei Dominus, de Communi Confessoris Pontif.

ORATIO.

**S**ancti Antonini, Domini, Confessoris tui, atque Pontificis meritis adjuvemur: ut sicut te in illo mirabilem prædicamus, ita in nos misericordem fuisse gloriemur. Per Dominum nostrum.

*Die xii. Maii.*

## FESTA MAI.

33

**IN FESTO SANCTI DOMINI**  
ci Calceatensis, Confessoris.  
Semid.

*Die xiii. Maii.*

**IN FESTO S. PETRI REGALA-**  
ti Confess. Semidup.

**M**issa: Os justi, de Communi Confessoris non Pontificis.

ORATIO.

**C**lementissime Deus, qui Beatum Dominicum Confessorem tuum egregiis virtutibus illustrare dignatus es; concede quæsumus, ut cujus hodie natalitia celebramus, ejus intercesione à peccatorum nostrorum néxibus liberari, & illius consortio in Cœlis pérfrui mereamur. Per Dominum nostrum.

*Die xiii. Maii.*

**IN FESTO SANCTI SECUNDI**  
Episcopi, & Martyris.  
Duplex.

**M**issa: Protexisti me Deus, de Communi unius Martyris tempore Paschali.

ORATIO.

**I**nfirmitatem nostram respice omnipotens Deus; & quia pondus propriæ actionis gravat, Beati Secundi Martyris tui, atque Pontificis intercesio glorio- sa nos protegat. Per Dominum.

*Extra temp. Paschal. Missa:  
Statuit. de Communi unius Mart.*

ORATIO.

**D**A nobis, misericors Deus,  
Beato Isidoro Confesso-

*Die xv. Maii.*

**IN FESTO S. ISIDORI AGRI-**  
colæ Conf. Dup.

*Introitus.*

**J**ustus, ut palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur: planatus in domo Domini, in atriis domus Dei nostri. Alleluia, alleluia.

*Psalm.* Noli æmulari in malignantibus, neque zelaveris facientes iniquitatem. ¶ Gloria Patri.

ORATIO.

**D**A nobis, misericors Deus,  
Beato Isidoro Confesso-

## SANCTORUM HISPANORUM.

re tuo intercedente, superbè non sápere; sed ejus meritis & exemplis, plácita tibi semper humilitate deservire. Per Dominum nostrum.

Lectio Epistolæ Beati Jacobi Apóstoli.

**F**ratres, patientes estote usque ad adventum Domini. Ecce agricola expectat prætiosum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat tempora-neum, & serótinum. Patientes igitur estote & vos, & confir-mate corda vestra: quoniam ad-ventus Domini appropinquavit. Ecce beatificamus eos, qui sus-tinuerunt. Sufférantiam Job au-distis, et finem Domini vidis-tis, quoniam misericors Domi-nus est, et miserator. Con-fite-mini ergo alterutrum peccata-vestra, et orate pro invicem ut salvémini: multum enim valet deprecatio justi assídua. Elías ho-mo erat similis nobis passíbilis: et oratione oravit ut non plú-ret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex. Et rursum oravit: et cœlum de-dit pluviam, et terra dedit fruc-tum suum.

Alleluia, alleluia. ¶. Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis ejus cupit nimis, alle-luia. ¶. Justus germinabit sicut

lilium: et florebit in æternum ante Dominum, alleluia.

*Extra temp. Paschale.*

*Graduale.* Os justi meditabi-tur sapientiam, et lingua ejus lo-quetur judicium: ¶. Lex Dei ejus in corde ipsius: et non sup-plantabuntur gressus ejus. Alle-luia, alleluia. ¶. Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis ejus cupit nimis, alleluia.

Sequentia Sancti Evangelii secun-dum Joannem.

**I**n illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Ego sum vi-tis vera, et Pater meus agrico-la est. Omnem pálmitem in me non ferentem fructum, tollet eum; & omnem, qui fert fruc-tum, purgabit eum, ut fructum plus afferat. Jam vos mundi es-tis propter sermonem, quem lo-cutus sum vobis. Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum á semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis. Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit, mittetur fo-ras sicut palmes, & arescit, & colligent eum, & in ignem mit-tent, & ardor. Si manseritis in

## FESTA MAI.

me, & verba mea in vobis mán-serint: quodcumque volueritis, petétis, & fiet vobis.

*Offertorium.* In virtute tua, Domine, lætabitur justus, & su-persalutare tuum exultabit vehe-menter: desiderium animæ ejus tribuisti ei, alleluia.

*Secreta.*

**P**ropitiare Domine suppli-cationibus nostris, & has populi tui oblationes benignus assume: ut intercedente Beato Isidóro Confessore tuo, quod fi-deliter petimus, efficaciter con-sequamur. Per Dominum.

*Communio.* Amen dico vobis, quòd vos, qui reliquistis omnia, et seuti estis me: centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis, alleluia.

*Postcommunio.*

**S**it nobis, Domine, repara-tio mentis et corporis cœ-leste mysterium, & præsta, ut Sancti Isidóri Confessoris tui, cu-jus exequimur cultum, sentia-mus effectum. Per Dominum.

oooooooooooooooooooooooo

*Die xv. Maii.*

IN FESTO SANCTI INDALE-tii Episcopi, & Martyris.

Duplex.

**M**issa, Protexisti, de Communi unius Martyris tempore Pas-chali.

## ORATIO.

**D**eus, qui nobis, ad pri-micias fidei propagandas, Beatum Indaletum Martyrem tuum, atque Pontificem tribue-re dignatus es: da quæsumus ut quem festivo veneramur ob-sequio, ejus intercedentibus me-ritis æterna gaudia consequamur. Per Dominum.

*Extra temp. Paschal. Missa*  
Statuit, de Communi unius Mar-tyris.

oooooooooooooooooooooooo

*Die xv. Maii.*

IN FESTO SANCTI TORQUA-ti Episcopi, & Martyris

Duplex.

*Introitus.*

**G**Audeamus omnes in Do-mino, diem festum ce-lebrantes sub honore Beati Tor-quati Martyris: de cuius pas-sione gaudent Angeli, & col-laudent filium Dei. Alleluia, al-leluia.

*Psalm.* Exultate justi in Do-mino: rectos decet collaudatio. ¶. Gloria Patri.

ORATIO.

**D**eus, qui nos per Beatum Torquatum Martyrem tuum atque Pontificem ad ag-nitionem tui nominis venire tri-buisti: concede propitius: ut cu-

ius natalitia colimus, de ejusdem etiam protectione gaudemus. Per Dominum nostrum.

## Lectio libri Sapientiae.

**S**tabunt justi in magna constantia adversis eos, qui se angustiaverunt, & qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatae salutis, dicentes intra se, poenitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes: Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improprietatis. Nos insensati vitam illorum aestimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos sors illorum est.

Alleluia, alleluia. ¶ Posuisti, Domine, super caput ejus coronam de lapide pretioso. Alleluia. ¶ Beatus Torquatus primus Accitanorum Pontifex, hodie coronatus, cum Christo regnat in eternum. Alleluia.

Sequentia Sancti Evangelii secundum Joannem.

**I**n illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Ego sum vita vera, et Pater meus agricultor est. Omnem palmitem in me

non ferentem fructum, tolleret eum; & omnem, qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat. Jam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in viti: sic nec vos, nisi in me manseritis: Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescat, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardent. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint: quodcumque volueritis, petetis, & fiet vobis.

*Offertorium.* Confitebuntur Coeli mirabilia tua, Domine: & veritatem tuam in Ecclesia sanctorum. Alleluia, alleluia.

## Secreta.

**G**rata tibi sic, Domine, nostra servitutis oblatio, pro qua Sanctus Antistes Torquatus precator accedat. Per Dominum nostrum.

*Communio.* Lætabitur justus in Domino, & sperabit in eo: &

## FESTA MAII.

laudabuntur omnes recti corde. Alleluia, alleluia.

## Postcommunio.

**F**ideles tuos, Domine, quæ sumpsimus Sacraenta custodian: & qui Beati Torquati Martyris tui, atque Pontificis prædicatione ad fidem pervenimus, ejus quoque meritis discamus terrena despicer, & amare cœlestia. Per Dominum.

*Extra temp. Pasch. Missa:* Statuit, ut in communi unius Martyris.



## Die xv. Maii.

IN FESTO SANCTEUPHRA-sii Episcopi, & Martyris.

## Duplex.

*Tempore Pasch. Missa:* Protexisti. *Extra, Missa:* Statuit, ut in Communi primo loco. *Oratio.* Infirmitatem.



## Die xxviii. Maii.

IN FESTO SANCTI JOANNIS Nepomuceni Martyris.

## Duplex.

*Massa:* Protexisti: de Communi unius Martyris.

## ORATIO.

**D**eus, qui ob invictum Bea-ti Joannis Sacramentale silentium nova Ecclesiam tuam

martyrii corona decorasti; da nobis ejus intercessione, et exemplo linguam cautè custodire, ac omnia potius mala quam animæ detrimentum in hoc sæculo tolerare. Per Dominum, &c.

*Evangelium:* Nihil est operatum, ut in Missa: Lætabitur.

## Secreta.

**P**er hæc tua, Domine, sacra mysteria illo nos charitatis igne accedamus, quo inclitus Martyr Joannes eadem peragendo flagrabat. Per Dominum nostrum.

## Postcommunio.

**S**piritum, Domine, fortitudinis hæc nobis tribuat mensa cœlestis, quæ Beati Martyris tui Joannis pro Sacramenti honore tentatam constantiam jugiter aluit ad victoram. Per Dominum nostrum.

*Extra tempus Pasch. Missa:* Lætabitur: Orats. ut supra.



## Die xvi. Maii.

IN FESTO SANCTI UBALDI Episcopi, & Confessoris.

## Sefmid.

*Massa:* Statuit ei Dominus, de Communi Confessoris Pontif.

## ORATIO.

**A**uxilium tuum nobis, Domine, quæsumus placatus

## SANCTORUM HISPANORUM.

impende, & intercessione Beati Ubaldi Confessoris tui, atque Pontificis contra omnes diaboli nequitias dexteram super nos tuæ propitiationis extende. Per Dominum nostrum.

Die xvi. Maii.

IN FESTO SANCTI PASCHALIS Baylon Confess. Semid.

*Missa*: Os justi meditabitur sapientiam, de Communi Confess. non Pontificis.

## ORATIO.

**D**eus, qui Beatum Paschallem Confessorem tuum mirifica erga Corporis, & Sanguinis tui sacra mysteria dilectione decorasti: concede propitiis, ut quam ille ex hoc divino convivio spiritus percipit pinguédiem, eamdem et nos percipere mereamur. Qui vivis, & regnas.

*Evangelium*: Confiteor tibi, Pater, ut in Missali in die S. Francisci 4. Octobr.

Die xviii. Maii.

IN FESTO SANCTI VENANTI Martiris. Semid.

**Missa**: Protexisti me Deus, de Communi unius Martyris, tempore Paschali, præter orationes, quæ dicuntur ut infra.

## ORATIO.

**D**eus, qui hunc diem Beati Venantii Martyris tui triumpho consecrasti: exaudi preces populi tui, & præsta, ut qui ejus merita veneramur, fidei, constantiam imitemur. Per Dominum nostrum.

## Secreta.

**H**anc oblationem, Omnipotens Deus, Beati Venantii merita tibi reddant acceptam; ut ipsius subsidiis adjuti, gloriæ ejus consortes efficiamur. Per Dominum nostrum.

## Postcommunio.

**S**umpsimus, Domine, æternæ vitæ sacramenta, te humiliter deprecantes; ut Beato Venantio Martyre tuo pro nobis deprecante, veniam nobis concilient & gratiam. Per Dominum nostrum.

*Si autem celebretur extra tempus Paschale, dicitur Missa*: In virtute tua Domine, ut in Communi unius Martyris non Pontificis. cum *Evang.* ex Mis. Statuit. *Orationes ut supra.*

## FESTA MAII.

Die xix. Maii.

IN FESTO SANCTI PETRI Cœlestini Papæ, & Confess. Duplex.

*Missa*: Statuit ei Dominus, de Communi Confessoris Pontif.

## ORATIO.

**D**eus, qui Beatum Petrum Cœlestinum ad summi Pontificatus apicem sublimasti, quique illum humilitati postponere docuisti: concede propitiis, ut ejus exemplo cuncta mundi despiceret, & ad promissa humilibus præmia pervenire feliciter mereamur. Per Dominum.

*Commemoratio S. Pudentianæ Virginis. Oratio*: Exaudi nos.

*Evangelium*: Ecce nos reliquimus omnia, de Communi Abbatum.

Die xx. Maii.

IN FESTO S. BERNARDINI Senens. Confess. Semid.

*Missa*: Os justi, de Communi Confessoris non Pontificis.

## ORATIO.

**D**omine Jesu, qui Beato Bernardino Confessori tuo eximium sancti Nominis tui amorem tribuisti; ejus, quæsumus, meritis & intercessione Spíritum nobis tuæ dilectionis be-

## 39

nignus infunde. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre in unitate ejusdem.

*Evang.* Ecce nos reliquimus omnia, de Communi Abbatum.

Die xxiii. Maii.

IN FESTO APPARITIONIS S. Jacobi Apostoli, & Hispaniarum Patroni.

## Introitus.

**M**issit Dominus auxilium de Cœlo, & liberavit nos; dedit in opprobrium concultantes nos, quia confregit potentiam inimicorum nostrorum, scutum, gladium, & bellum; Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prælio. Alleluia, alleluia.

*Psalm.* Deus noster refugium, & virtus: adjutor in tribulacionibus, quæ invenerunt nos nimis. *V. Gloria Patri.*

## ORATIO.

**D**eus, qui Hispaniarum gentem Beato Jacobo Apostolo tuo protegendam misericorditer tribuisti, & per eum ab imminentि exitio mirabiliter liberasti, concede quæsumus; ut eodem protegente, pace perfruamur æterna. Per Dominum nostrum.

D 2

Lectio libri Machabæorum.  
**T**N diebus illis Machabæus semper confidebat cum omni spe auxilium sibi à Deo affutum; & hortabatur suos, ne formidarent ad adventum nationum; sed in mente haberent adjutoria sibi facta de cœlo, & nunc sperarent ab Omnipotente sibi affuturam victoriam. Et allocutus eos de Lege, & Prophetis, admonens etiam certamina quæ fecerant prius, promptiores constituit eos, & ita animis eorum erectis, simul ostendebat Gentium fallatiam, & juramentorum prævaricationem. Singulos autem illorum armavit non clypei & hastæ munitione, sed sermonibus optimis, & exhortationibus, exposito digno fide sōmnio, per quod universos læticavit. Exhortati itaque Judæ sermonibus bonis valde, de quibus extolli posset impetus, & animi juvenum confortari, stauerunt dimicare, & configere fortiter; ut virtus de negotiis judicaret; eò quod Civitas sancta, & templum pereclitarentur. Erat enim pro uxoribus, & filiis, itemque pro fratribus, & cognatis minor solicitude: maximus vero, & primus pro sanctitate templi. Sed et eos, qui in civitate erant, non mi-

nima solicitude habebat pro his, qui congressuri erant. Et cum iam omnes sperarent judicium futurum, hostesque adessent, atque exercitus esset ordinatus, bestiæ, equitesque opportuno in loco compôsiti, considerans Machabæus adventum multitudinis, et apparatum varium armorum, et ferocitatem bestiarum, extendens manus in cœlum, præcincta facientem Dominum invocavit, qui non secundum armorum potentiam, sed prout ipsi placet, dat dignis victoriam. Dixit autem, invocans hoc modo: Tu Domine, qui missisti Angelum tuum sub Ezechia, Rege Iuda, et interfecisti de castis Senachérib centum octoginta quinque millia: et nunc Dominator cœlorum mitte Angelum tuum bonum ante nos in timore, et tremore magnitudinis brachii tui, ut metuant qui cum blasphemia veniunt adversus sanctum populum tuum. Judas vero, et qui cum eo erant, invocato Deo, per orationes congressi sunt: manus quidem pugnantes, sed Dominum cordibus orantes, prostraverunt non minus triginta quinque millia, præsentia Dei magnificè delectati.

Alleluia, alleluia. ¶ Clamabunt ad Dominum a facie tri-

bulantis, et mittet eis propugnatores, qui liberet eos. Alleluia.

¶. Visitavit nos Dominus per sanctum suum Apostolum, præcinctus eum virtute ad bellum, et inimicos nostros superavit. Alleluia.

*Extra tempus Paschale, dicitur*

*Graduale.* Dextera tua, Domine, magnifica est in fortitudine, dextera manus tua confregit inimicos. ¶. Liberasti nos, Domine, ex afflictibus nos, et qui nos oderunt, confudisti. Alleluia, alleluia. ¶. Visitavit nos Dominus per sanctum suum Apostolum, præcinctus eum virtute ad bellum, et inimicos nostros superavit. Alleluia.

Sequentia S. Evangelii secundum Matthæum.

**T**N illo tempore: Accessit ad Jesum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans, & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi: dic ut sédeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram in Regno tuo. Respondens autem Jesus, dixit: Nescitis quid petatis. Potestis bibere Calicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: Póssumus: Ait illis: Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram

meam, vel sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a Patre meo. *Credo.*

*Offertorium.* Venite, & vide te opera Domini, quæ posuit prodigia super terram; auferens bella usque ad finem terræ. Alleluia.

*Secreta.*

**S**uscipe, Domine, múnera, quæ pro sancti Jacobi Apostoli tui veneratione deferimus, & concede propitius, ut perpetuo ejusdem patrocinio ab omnium inimicorum liberemur insidiis, & ad vitam perveniamus æternam. Per Dominum nostrum.

*Præfatio de Apostolis.*

*Communio.* Sicut Dux fortis egredietur: quasi vir præliator suscitabit zelum: vociferabitur, & clamabit, super inimicos suos confortabitur.

*Postcommunio.*

**D**omine Deus protector noster, qui per Beatum Jacobum Apostolum tuum prodigia tuæ potentiae contra hostes in te credentium mirabiliter ostendere dignatus es: concède propitius; ut perpetuo ejusdem auxilio, omnium adversariorum nostrorum superata nequitia, victoriam valeamus cantare. Per Dominum.

## SANCTORUM HISPANORUM.

*Die xxv. Maii.*IN FESTO SANCTI GREGORII  
VII. Papæ, & Confessoris.

Duplex.

**Missa**: Statuit ei Dominus,  
*de Communi Confessoris Pontif.*  
ORATIO.**D**eus in te sperantium for-  
titudo, qui Beatum Gre-  
gorium Confessorem tuum, at-  
que Pontificem, pro tuenda Ec-  
clesiae libertate, virtute constan-  
tiæ roborasti: da nobis ejus exem-  
plo, & intercessione omnia ad-  
versantia fortiter superare. Per  
Dominum nostrum.*Evangelium*: Vigilate, de eo-  
dem communi, secundo loco.*Die xxvi. Maii.*  
IN FESTO SANCTI PHILIPPI  
Nerii Confess. Dup.*Introitus.***C**haritas Dei diffusa est in  
cordibus nostris per inhab-  
itantem spiritum ejus in nobis.*Psalm.* Bénedic anima mea  
Domino: & omnia, quæ intra-  
me sunt, nomini sancto ejus. ¶  
Gloria Patri.

ORATIO.

**D**eus, qui Beatum Philip-  
pum Confessorem tuum  
sanctorum tuorum gloria subli-masti: concede propitius: ut cu-  
jus solemnitate lætamur, ejus  
virtutum proficiamus exemplo.  
Per Dominum nostrum.*Pro Sancto Eleutherio Papa,  
& Martyre.*

## ORATIO.

**I**Nfirmitatem nostram respice  
Omnipotens Deus: & quia  
pondus propriæ actionis gravat,  
Beati Eleutherii Martyris tui, at-  
que Pontificis intercessio glorio-  
sa nos protegat. Per Dominum.

Lectio libri Sapientiæ.

**O** Ptávi, & datus est mihi  
sensus; & invocávi, &  
venit in me spiritus sapientiæ;  
& præposui illam regnis, & se-  
dibus, & divitias nihil esse duxi  
in comparatione illius: nec com-  
paravi illi lapidem pretiosum:  
quoniam omne aurum in com-  
paratione illius arena est exigua,  
& tamquam lutum æstimabitur  
argentum in conspectu illius.Super salutem, & speciem di-  
lexi illam, & proposui pro luce  
habere illam, quoniam inestin-  
guibile est lumen illius. Venerunt  
autem mihi omnia bona pariter  
cum illa, & innumerabilis ho-  
nestas per manus illius, & læta-  
tus sum in omnibus: quoniam  
antecedebat me ista sapientia, &  
ignorabam quoniam horum om-  
nium mater est. Quam sine fic-

## FESTA MAII.

tione didici, & sine invidia com-  
munico, & honestatem illius non  
abscóndo. Infinitus enim thesau-  
rus est hominibus: quo qui usi-  
sunt, participes facti sunt amici-  
tiæ Dei, propter disciplinæ dona  
commendati.*Graduale.* Venite filii, audite  
me, timorem Domini docebo  
vos.**V.** Accedite ad eum, & illu-  
minarmini, & facies vestræ non  
confundéntur. Alleluia, alleluia.**V.** De excélsō misit ignem  
in ossibus meis, et erudit me.  
Alleluia.*Pro tempore Paschali.* Alleluia.  
alleluia. **V.** De excélsō misit ignem  
in ossibus meis, & erudit  
me. Alleluia. **V.** Concáluit  
cor meum intra me, & in me-  
ditatione mea exardéscet ignis.  
Alleluia.Sequentia sancti Evangelii  
secundum Lucam.**I**n illo tempore: Dixit Jesus  
discipulis suis: Sint lumbi  
vestri præcincti, & lucernæ ar-  
dentes in manibus vestris, &  
vos similes hominibus expectan-  
tibus dominum suum quando re-  
vertatur a nuptiis: ut cum ve-  
nerit, & pulsaverit, confessim  
aperiant ei. Beati servi illi, quos,  
cum venerit Dominus, invenie-rit vigilantes: Amen dico vobis,  
quod præcinget se, & faciet illos  
discumbere, & transiens minis-  
trabit illis. Et si venerit in secun-  
da vigilia, & si in tertia vigilia  
venerit, & ita invenerit, beatí  
sunt servi illi. Hoc autem scito-  
te, quoniam si sciret pater fa-  
milias, qua hora fur veniret,  
vigilaret utique, & non sineret  
pérfodi domum suam. Et vos  
estōte parati, quia qua hora non  
putatis Filius hominis veniet.*Offertorium.* Viam mandatō-  
rum tuorum cucurri, cum di-  
latasti cor meum.

## Secreta.

**S**acrificiis præsentibus, quæ-  
sumus Domine, intende  
placatus: & præsta, ut illo nos  
igne Spiritus Sanctus inflammet,  
quo Beati Philippi cor mirabili-  
tè penetravit. Per Dominum  
nostrum Iesum Christum Filium  
tuum, qui tecum vivit, & reg-  
nat in unitate ejusdem Spiritus.*Pro Sancto Eleutherio.*

## Secreta.

**H**ostias tibi, Domine, Bea-  
ti Eleutherii Martyris tui,  
atque Pontificis dicatas meritis  
benignus assume; & ad perpe-  
tuum nobis tribue provenire  
subsidiū. Per Dominum.*Communio.* Cor meum, &  
caro mea exultaverunt in Deum  
vivum.

## SANCTORUM HISPANORUM.

*Postcommunio.*

**C**ælestibus, Domine, pasti  
deliciis: quæsumus, ut  
Beati Philippi Confessoris tui  
meritis, & imitatione, semper  
eadem, per quæ veraciter vivi-  
mus, appetamus. Per Dominum.

*Pro Sancto Eleutherio*  
*Postcommunio.*

**R**efecti participatione mu-  
neris sacri, quæsumus  
Domine Deus noster, ut cuius  
exequimur cultum, interceden-  
te Beato Eleutherio Martyre tuo,  
atque Pontifice, sentiamus ef-  
fecrum. Per Dominum.

*Die xxvii. Maii.*

IN FESTO SANCTÆ MARIÆ  
Magdalena de Pazzis Virg.  
Semid.

**M**issa: Dilexisti justitiam, ut  
in Communi Virginum.

*ORATIO.*

**D**eus virginitatis amator,  
qui Beatam Mariam Mag-  
dalénam Virginem tuo amore  
succesam, cœlestibus donis de-  
corasti: da ut quam festiva ce-  
lebritate veneramur, puritate,  
& charitate imitemur. Per Do-  
minum nostrum Iesum Chris-  
tum Filium tuum.

*Die xxx. Maii.*IN FESTO SANCTI FERDI  
nandi Regis Hispan. Confess.Dup. i. clas. cum Octav.  
sine Credo.

**M**issa: Justus ut palma, ut  
in Communi Confessoris non Pon-  
tificis.

*ORATIO.*

**D**eus, qui Beato Confes-  
sori tuo Ferdinando præ-  
liari prælia tua, & fidei inimi-  
cos superare dedisti: concede, ut  
ejus nos intercessione muniti, ab  
hostibus mentis & corporis li-  
beremur. Per Dominum.

FESTA

## JUNII.

FERIA SEXTA POST OC-  
taravam Corporis Christi.IN FESTO SANCTISSIMI  
Cordis Jesu.*Introitus. Cant. 3.*

**E**gregimini, et videte, Fi-  
liæ Sion, regem Salomo-  
nem in diademate, quo corona-  
vit eum mater sua in die despon-  
sationis ejus, et in die lætitiae  
cordis ejus.

*Psalm. 44. Eructavit cor meum*

## FESTA JUNII.

verbum bonum, dico ego opera  
mea regi. ¶ Gloria Patri.*Oratio.*

**F**ac nos, Domine Iesu, Sanc-  
tissimi Cordis tui virtutibus  
indui, et affectibus inflammari;  
ut et imagini bonitatis tuæ con-  
fórmes, et tuæ redemptiōnis  
meremur esse participes. Qui  
vivis, et regnas cum Deo Patre.

Lectio Epistolæ Beati Pauli  
Apostoli ad Ephésios.

*Ephes. 3.*

**F**ratres: Mihi omnium Sanc-  
torum minimo data est  
gratia hæc, in Gentibus evan-  
gelizare investigabiles divitiæ  
Christi: et illuminare omnes,  
quæ sit dispensatio sacramenti  
abscónditi à sæculis in Deo, qui  
omnia creavit. Hujus rei gratia  
flecto gènua mea ad Patrem Dó-  
mini nostri Iesu Christi, ex quo  
omnis paternitas in cœlis, et in  
terra nominatur, ut det vobis,  
secundum divitiæ gloriæ suæ,  
virtute corroborari per spiritum  
ejus, in interiorem hóminem:  
Christum habitare per fidem in  
córdibus vestris: in charité ra-  
dicati, et fundati: ut possitis com-  
prehendere cum omnibus sanc-  
tis, quæ sit latitudo, & longitu-  
do, et sublimitas, et profun-  
dum: scire etiam supereminen-

tem scientiæ charitatem Christi:  
ut impleámini in omnem pleni-  
tudinem Dei.*Graduale. Matth. 21.*Dicite Filiae Sion: Ecce Rex tuus  
venit tibi mansuetus. ¶ *Iai. 42.*  
Non erit tristis, neque turbulē-  
tus: Non clamabit, nec audietur  
vox ejus foris. Alleluia, alleluia.*¶ Matt. 11.* Discite a me, quia  
mitis sum, et humilis Corde: et  
inveniētis requiem animabus ves-  
tris. Alleluia.*Post Septuagesimam.**Graduale. Psalm. 68.*Improperiū expectavit Cor  
meum, et miseriam: ¶ Et sus-  
tinui qui simul contristaréatur, et  
non fuit; qui consolaréatur, et  
non invéni.*Tractus. Psalm. 21.* Ego autem  
sum vermis, et non homo: op-  
probrium hóminum, et abjectio  
plebis.¶ Omnes videntes me, derisé-  
runt me; locuti sunt labiis, &  
movérunt caput: ¶ Sicut aqua  
effusus sum, et dispersa sunt ómnia  
ossa mea.¶ Factum est Cor meum tam-  
quam cera liquescens in medio  
ventris mei.*Post Pascha. Psalm. 29.*  
Alleluia Alleluia. ¶ Domine Deus  
meus clamavi ad te, et sanasti me:  
eduxisti ab inférno animam

## SANCTORUM HISPANORUM

meam. Alleluia.

¶ Convertisti planctum meum  
in gaudium mihi: considisti sac-  
cum meum, & circumdedisti me  
lætitia. Alleluia.

¶ Sequentia Sancti Evangelii  
secundum Joannem.

*Joan. 15. ¶ 9.*

**I**N illo tempore dixit Jesus Dis-  
cipulis suis: Sicut dilexit me  
Pater, et ego dilexi vos. Manete in  
dilectione mea. Si præcepta mea  
servaveritis, manebitis in dilec-  
tione mea, sicut et ego Patris mei  
præcepta servavi, & maneo in  
ejus dilectione. Hæc locutus sum  
vobis, ut gaudium vestrum im-  
pleatur. Hoc est præceptum  
meum, ut diligatis invicem, sicut  
dilexi vos. Majorem hac dilectionem  
nemo habet, ut animam  
suam ponat quis pro amicis suis.  
Vos amici mei estis, si feceritis  
quæ ego præcipio vobis. Jam non  
dicam vos servos, quia servus  
nescit quid faciat Dóminus ejus.

Vos autem dixi amicos: quia om-  
nia quæcumque audivi à Patre  
meo, nota feci vobis. Nón vos  
me elegistis: sed ego elègi vos, et  
pósui vos, ut eatis, et fructum affe-  
ratis: et fructus vester máneat: ut  
quodcumque petieritis Patrem in  
nómine meo, det vobis. Credo.

*Offertorium I. Paralip. 29.*  
Dómine Deus, in simplicitate

Cordis mei latus obtuli univer-  
sa: et populum tuum vidicu-  
men-  
ti gaudio tibi offerre donaria:  
Deus Israel, cui todì hanc volun-  
tatem cordis eorum. Alleluia.

*Secreta.*

**I**llino igne, quæsumus Dó-  
mine, Spiritus Sanctus inflam-  
met, quem Dóminus noster Je-  
sus Christus é penetratil us Cor-  
dis sui misit in terram, et voluit  
vehementer accendi. Qui tecum  
vivit et regnat in unitate ejusdem.

*Præfat. Nativitatis Dni.*

*Communio. Psalm. 33.*

Custode, et videte, quoniam sua-  
vis est Dóminus, in æternum mi-  
sericordia ejus. Alleluia.

*Postcommunio.*

**P**raebeant nobis, Dómine Je-  
su, divinum tua sancta fer-  
vorem: quo, dulcissimi Cordis  
tui suavitate percepta, discamus  
terrena despicere, et amare cœ-  
lestia. Qui vivis.

*Die iv. Junii.*

IN FESTO SANCTI FRAN-  
cisci Caracciolo, Confessoris.

*Introitus. Ps. 21. et 68.*

**F**actum est cor meum tan-  
quam cera liquescens in  
medio ventris mei: quoniam ze-  
lus domus tuæ comedit me.

*Tempore Paschali.* Alleluia,  
alleluia.

## FESTA JUNII.

*Psalm. 72.* ¶ Quam bonus Is-  
rael Deus his qui recto sunt  
corde!

¶ Glória Patri...

*Oratio.*

**D**eus qui beatum Franciscum,  
novi Ordinis institutorem, orandi studio, et pœnitentiæ amore decorasti: da famulis tuis in ejus imitatione ita proficere, ut semper orantes, et corpus in servitatem redigentes, ad coelestem gloriam pervenire merentur: Per Dominum nostrum...

*Lectio libri Sapientiae.*

*Cap. 4.*

**J**ustus si morte pœcupatus  
fuerit, in refrigerio erit. Senecius enim venerabilis est, non diuturna, neque annorum numero computata: cani autem sunt sensus hominis, et ætas senectutis vita immaculata. Placens Deo factus est dilectus, et vivens inter peccatores, translatus est. Raptus est, ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam illius. Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona, et inconstancia concupiscentiae transvertit sensum sine malitia. Consummatus in brevi explavit tempora mul-

ta; placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properavit educere illum de medio iniquitatum.

*Tempore paschali.* Alleluia,  
alleluia. *Psalm. 64.* ¶ Beatus  
quem elegisti, et assumpsisti, in-  
habitabit in atris tuis. Alleluia.  
*Psalm. 14.* ¶ Dispersit, dedit  
pauperibus, justitia ejus manet  
in seculum seculi. Alleluia.

*Extra tempus paschale.*

*Psalm. 41. Graduale.* Quem-  
admodum desiderat cervus ad  
fontes aquarum, ita desiderat  
anima mea ad te, Deus.

¶ Sitivit anima mea ad  
Deum fortem vivum. Alleluia,  
alleluia. *Psalm. 72.* ¶ Defé-  
cit caro mea, et cor meum. Deus  
cordis mei, et pars mea Deus in  
æternum. Alleluia.

*Post Septuagesimam Trac-  
tus ut in Missa. Os justi... de  
Communi Confessoris non Pon-  
tificis.*

¶ Sequentia sancti Evangelii  
secundum Lucam. *Cap. 12.*

**I**n illo tempore: Dixit Jesus  
discipulis suis: sint lumbi ves-  
tri præcincti, et lucernæ ardén-  
tes in manibus vestris, et vos  
símiles homínibus expectántibus  
dominum suum quando rever-

táatur á nuptiis; ut , cùm venerit, et pulsáverit, conféstum aperiant ei. Beáti servi illi , quos cùm vénérerit dómínuS , invénerit vi-gilantes : amen dico vobis, quòd præcínget se , et fáciet illos dis-cúmbere, et transiens ministrábit illis. Et si vénérerit in secúnda vi-gilia , et si in tértia vigília vénérerit , et ita invénerit , beáti sunt servi illi. Hoc autem scítote, quóniam si sciret paterfamílias qua hora fur veníret , vigiláret, útique , et non síneret pérfodi domum suam. Et vos estóte páráti ; quia qua hora non putáis, Filius hóminis véniet.

*Psalm. 91. Offertorium.* Jus-tus ut palma florebit, sicut ce-drus Líbani multiplicábitur.

*Tempore paschali.* Allelúa.

*Secreta.*

**D**a nobis, clementíssime Jesu-  
ut præclara beáti Francisci mérita recoléntes, eódem nos, ac ille , charitatis igne succensi, digné in circúitu sacræ hujus mensæ tuæ esse valeámus : qui vivis...

*Communio.*

*Psalm. 30.* ; Quàm magna multitúdo dulcédinis tuæ , Dómine , quam abscondísti timéntibus te!

*Tempore paschali.* Allelúa.

*Postcommunio.*

**S**acrosáncti sacrificii , quæsu-mus , Dómine , quod hódie in solemnitaté beáti Francisci tuæ obtúlimus majestati , grata semper in méntibus nostris me-mória persevéreret et fructus: Per Dóminum nostrum...

Die vi. Junii  
CCTAVA S. FERDINANDI

Missa : ut in die.

Die x. Junii.  
IN FESTO S. MARGARITÆ  
Viduæ , Reginæ Scotiæ Semid.

*Missa :* Cognovi Domine , de Communi non Virginum.

*ORATIO.*

**D**eus , qui Beatam Margaritam Reginam eximia in pauperes charitate mirabilem ef-fecisti : da ut ejus intercessione & exemplo , tua in cordibus nostris charitas jugiter augeatur. Per Dominum nostrum.

Die xii. Junii.  
IN FESTO SANCTI JOANNIS  
á Sancto Facundo Confesso-  
ris Duplex.

*Missa :* Os justi , de Communi Confessoris non Pontificis.

*Introitus.*

**M**ultæ tribulationes justo-  
rum , et de omnibus his liberavit eos Dominus : Domi-nus custodit omnia ossa eorum, unum ex his non conteretur.

*Psalm.* Benedicat Dominum in omni tempore : semper laus ejus in ore meo. ¶ Gloria Pa-tri.

*ORATIO.*

**P**ræsta quæsumus , Omnipotens Deus , ut familia tua , quæ Sanctorum Martyrum tuorum Cyriaci , & Paulæ trium-phis gloriatur , fiat in Christi tui amore ferventior : & quos Pa-tronus veneratur in terris , pios apud te intercessores habere me-reatur in Cœlis. Per eundem Dominum nostrum.

*Pro commemorat. Ss. Marci,  
& Marcelliani Mm.*

*ORATIO.*

**M**issa : Os justi , de Communi Confessoris non Pontificis.

*ORATIO.*

**D**eus , qui ad plurimos pro salute animarum perfe-rendos labores Beatum Joanneni Franciscum Confessorem tuum mirabili charitate , & invicta pa-tientia decorasti : concede pro-pitijs , ut ejus exemplis instru-cti , et intercessionibus adjúti-æternæ vitæ præmia consequa-mur. Per Dominum , &c.

Die xviii. Junii.

IN FESTO SS. MM. CYRIACI,  
& Paulæ Virginis. Duplex.

Lectio Epistolæ B. Petri  
Apostoli.

**C**harissimi : Communican-tes Christi passionibus,  
E I

gaudete , ut & in revelatione gloriæ ejus gaudeatis exultantes. Si exprobramini in nomine Christi , beati eritis ; quoniam quod est honoris , gloriæ , & virtutis Dei , & qui est ejus Spíritus , super vos requiescit. Nemo autem vestrum patiatur ut homicida , aut fur , aut malédicus , aut alienorum appetitor. Si autem ut Christianus , non erubescat : glorificet autem Deum in isto nomine ; quoniam tempus est , ut incipiat judicium a domo Dei. Si autem primum a nobis : quis finis eorum , qui non credunt Dei Evangelio? Et si justus vix salvabitur , impius & peccator ubi parebunt ? Itaque , et qui patiuntur secundum voluntatem Dei , fideli Creatori commendent animas suas in benefactis.

*Graduale.* Clamaverunt justi , et Dominus exaudivit eos , et ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos. ¶ Juxta est Dominus his , qui tribulato sunt corde : et humiles spíritu salva- bit. Alleluia ; alleluia.

¶ Corpora Sanctorum in pa- ce sepulta sunt : et nomina eorum vivent in generationem , et generationem. Alleluia.

Sequentia Sancti Evangeli secun- dūm Lucam.

**T**N illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Cūm audie- ritis prælia , & seditiones , noli- te terreri : oportet primum hæc fieri , sed nondum statim finis. Tunc dicebat illis : Surget gens contra gentem , & regnum ad- versus regnum. Et terramotus magni erunt per loca , & pesti- lentiæ , et sames , terroresque de cœlo , et signa magna erunt. Sed ante hæc omnia injicient vo- bis manus suas , et consequentur , tradentes in synagógas , & cus- todias trahentes ad Reges , et Præsides propter nomen meum: contínget autem vobis in testi- monium. Ponite ergo in cordi- bus vestris , non præmeditari quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os , et sapien- tiam , cui non poterunt resiste- re , et contradicere omnes ad- versarii vestri. Tradémini autem a parentibus , et fratribus , et cognatis , & amicis , et morte affícient ex vobis : et eritis odio omnibus propter nomen meum: et capillus de capite vestro non períbit. In patientia vestra pos- sidebitis animas vestras.

*Offertorium.* Anima nostra si- cut passer erepta est de laqueo venantium : láqueus contritus:

est : & nos liberati sumus.

*Secreta.*

**P**Ræsta quæsumus , Domi- ne Deus noster : ut sicut in conspectu tuo mors est præ- tiosa Sanctorum : ita Beatorum Martyrum tuorum Cyriaci , & Paulæ mérita venerantum , ac- cepta tibi reddátur oblatio. Per Dominum nostrum.

*Pro Sanctis Martyribus Mar- co & Marcelliano.*

*Secreta.*

**M**Unera tibi Domine di- cata sanctificā: & inter- cedentibus Sanctis Martyribus tuis Marco & Marcelliano , per eadē nos placatus intende. Per Dominum nostrum.

*Communio.* Et si coram homi- nibus tormenta passi sunt , Deus tentavit eos : tamquam aurum in fornicē probavit eos , & quasi holocáusta accepit eos.

*Postcommunio.*

**S**ancti Martyres tui Cyria- cus & Paula , quæsumus Domine , nos ubique lætificent ; ut dum eorum merita in præ- senti festivitate Sacramenti tui perceptione recolimus , illorum patrocínia in augmentum virtutum sentiamus. Per Dominum nostrum.

*Pro Sanctis Martyr. Marco & Marcelliano.*

*Postcommunio.*

**S**Alutaris tui , Domine , mu- nere satiati , supplices exo- ramus ; ut cuius lætamur gustu , intercedentibus Sanctis Martyri- bus tuis Marco & Marcelliano , renovemur effectu. Per Domi- num nostrum.

*Die xix. Junii.*

IN FESTO SANCTÆ JULIA- nae de Falconeris Virginis.

Duplex,

**M**issa : Dilexisti , de Communi Virginum.

**ORATIO.**

**D**EUS , qui Beatam Julianam Virginem tuam , extré- mo morbo laborantem prætioso Filii tui Corpore mirabiliter re- creare dignatus es : concede quæ- sumus , ut ejus intercedentibus meritis , nos quoque eodem in mortis agone refecti ac robora- ti ad cœlestem patriam perdu- camur. Per eumdem Dominum nostrum.

*Die xxi. Junii.*

IN FESTO SANCTI ALOYSII Gonzagæ Confessoris.

Duplex.

*Introitus.* Psalm. 86.

**M**inuisti eum paulò minus ab Angelis : gloria , & honore coronasti eum.

*Psalm.* Laudate Dominum omnes Angeli ejus : laudate eum omnes virtutes ejus. **v.** Gloria Patri , &c.

### ORATIO.

**C**œlestium donorum distributor Deus , qui in Angelico júvene Aloysio miram vitæ innocentiam pari cum poenitentia sociasti , ejus meritis , & precibus concede , ut innocèntem non securi , poenitentem imitemur. Per Dominum.

Lectio Libri Sapiéntiæ.

**B**éatus , vir , qui inventus est sine mácula : & qui post aurum non abiit , nec speravit in pecúnia , & thesauris. Quis est hic , & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo , & perfectus est ; erit illi gloria æterna. Qui potuit transgredi , & non est transgressor ; facere mala , & non fecit : ideo stabilita sunt bona illius in Dómino.

*Graduale.* Domine spes mea à juventute mea : in te confirmatus sum ex útero ; de ventre matris meæ tu es protector meus. **v.** Me autem propter innocentiam suscepisti , & confirmasti

me in conspectu tuo in æternum. Alleluia , alleluia.

**v.** Beatus quem elegisti , et assumpsisti : inhabitabit in atriis tuis. Alleluia.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.

**I**n illo tempore : Respondens Jesus ait Sadducæis : Erratis nescientes scripturas , neque virtutem Dei. In resurrectione enim neque nubent , neque nubentur ; sed erunt sicut Angeli Dei in Cœlo. De resurrectione autem mortuorum non legistis , quod dictum est à Deo dicente vobis : Ego sum Deus Abraham , & Deus Isaac , & Deus Jacob? Non est Deus mortuorum , sed viventium. Et audiētes turbæ mirabantur in doctrina ejus. Pharisæi autem audientes quod silentium imposuisset Sadducæis , convenerunt in unum ; & interrogavit eum unus ex eis legis doctor tentans eum : Magíster , quod est mandatum magnum in lege? Ait illi Jesus : Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo , & in tota anima tua , & in tota mente tua. Hoc est maximum , & primum mandatum. Secundum autem simile est huic: Díliges próximum tuum sicut te ipsum. In his duobus

mandatis universæ lex pendet , & Prophetæ.

*Offertorium.* Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto ejus? Innocens manib⁹ , & mundo corde.

*Secreta.*

**C**œlesti convivio fac nos , Domine , nuptiali ueste induotos accūmbere , quam Beati Aloysii pia præparatio , et juges lacrymæ inestimabilibus ornabant margaritis. Per Dominum nostrum.

*Communio.* Panem Cœli dedit eis: Panem Angelorum manducavit homo.

*Postcommunio.*

**A**ngelorum esca nutritos Angelicis etiam , Domine , da moribus vivere ; et ejus , quem hodiè colimus exemplo , in gratiarum semper actione manere. Per Dominum nostrum.



### FESTA

## JULII.

*Die v. Julii.*

IN FESTO BEATI MICHAELIS à Sanctis , Confessoris.

Duplex.

**M**issa: Os justi , de Communi Confessoris non Pontificis.

### ORATIO.

**M**isericors Deus , qui Beatum Michaelem Confessorem tuum morum innocentia , & mirabili charitate præstare voluisti: concede quæsumus ejus intercessione , ut á vitiis liberati , et igne tui amoris incensi , ad te pervenire mereamur. Per Dominum.



*Die vii. Julii.*

IN FESTO SANCTI FIRMINI Episcopi , et Martyr. Dup.

*Introitus.*

**G**audeamus omnes in Domino , diem festum celebrantes sub honore Beati Firmini Martyris : de cuius solemnitate gaudent Angeli , et collaudant Filium Dei.

*Psalm.* Magnus Dominus , et laudabilis nimis ; in Civitate Dœi nostri , in monte sancto ejus. **v.** Gloria Patri.

*ORATIO.*

**D**eus , qui per fidei præcónium , et passionis agónem Beatum Ferminum Episcopum et Martyrem immortalitatis lāurea coronasti : concede propitius ; ut cujus celebramus triumphum , assequamur et præmium. Per Dominum nostrum.

E 3

Lectio Epistolæ Beati Jacobi Apostoli.

**C**harissimi: Omne gaudium existimate cum in tentationes varias incideritis: scientes quod probatio fidei vestræ patientiam operatur. Patientia autem opus perfectum habet, ut sitis perfecti & integri, in nullo deficientes. Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus afluenter, & non improperat; & dabitur ei. Postulet autem infidei nihil hæsitans: qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui a vento movetur, & circumfertur. Non ergo æstimet homo ille, quod accipiat aliquid a Domino. Vir duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis. Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua; dives autem in humilitate sua, quoniam sicut flos foeni transibit: Exortus enim sol cum ardore, & areficit foenum, et flos ejus decidit, et decor vultus ejus deperiit; ita et dives in itineribus suis mactescet. Beatus vir, qui suffert tentationem; quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.

*Graduale.* Glòria, et honore coronasti eum. ¶ Et constituís-

ti eum super opera manuum tuarum, Domine. Alleluia, alleluia. ¶ Hic est Sacerdos, quem coronavit Dominus. Alleluia.

*Sequentia Sancti Evangelii secundum Joannem.*

**I**n illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam suam, perdet eam; & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Si quis mihi ministrat, me sequatur: & ubi sum ego, illic et minister meus erit. Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus.

*Offertorium.* Invéni David serum meum, óleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei; et brachium meum confortabit eum.

*Secreta.*

**M**unera tibi, Domine, dicata sanctifica: et intercedente Beato Firmino Martyre tuo, atque Pontifice, per eadem nos placatus intende. Per Dominum nostrum.

*Communio.* Posuisti, Domine,

in capite ejus coronam de lapi de pretioso.

*Postcommunio.*

**H**æc nos communio, Domine, purget a crimine, & intercedente Beato Firmino Martyre tuo atque Pontifice, cœlestis remedii faciat esse consortes. Per Dominum nostrum.

*Die viii. Julii.*

IN FESTO S. ELISABETH  
Reg. Portug. Viduæ. Duplex  
2. clas. cum octava,  
sine Credo.

**M**issa: Cognovi Domine, de Commun. nec Virg. nec Martyr.  
ORATIO.

**C**lementissime Deus, qui Beatam Elisabeth Reginam, inter ceteras egregias doctes, bellici furoris sedandi prærogativa decorasti: da nobis ejus intercessione post mortalis vitae, quam suppliciter petimus pacem, ad æterna gaudia pervenire. Per Dominum nostrum.

*Die xv. Julii.*

OCTAVA SANCTÆ ELISABETH.

*Missa: ut in die.*



*Die xv. Julii.*

IN FESTO SANCTI CAMILLI  
de Lellis Confessoris.

Duplex.

*Introitus.*

**M**ajorem hanc dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.

*Psalm.* Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem in die mala liberabit eum Dominus.  
¶ Gloria Patri.

ORATIO.

**D**eus, qui Sanctum Camillum ad animarum in extremo agone luctantium subsidium, singulari charitatis prærogativa decorasti, ejus quæsumus meritis spiritum nobis tuæ dilectionis infunde; ut in hora exitus nostri hostem vincere, & ad cœlestem mereamur coronam pervenire. Per Dominum... in unitate ejusdem Spiritus.

Lectio Epistolæ B. Joannis Apostoli.

**C**harissimi: Nolite mirari, si odit vos mundus. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte: omnis qui odit fratrem suum, homicida

est. Et scitis quóniam omnis homicida non habet vitam æternam in semetipso manentem. In hoc cognovimus charitatem Dei, quóniam ille animam suam pro nobis posuit; & nos debemus pro fratibus animas ponere. Qui habuerit substantiam hujus mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas Dei manet in eo? Filíoli mei, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere, & veritate.

*Graduale.* Os justi meditabitur sapientiam, & lingua ejus loquétur judicium. ¶ Lex Dei ejus in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus ejus. Alleluia, alleluia. ¶ Beatus vir, qui timet Dominum, in mandatis ejus cupit nimis. Alleluia.

Sequentia Sancti Evangelii secundum Joannem.

**I**N illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Hoc est præceptum meum ut diligatis invicem sicut dilexi vos. Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis.

#### Postcommunio.

**P**er hæc cœlestia alimenta, quæ Sancti Camilli Confessoris tui solemnia celebrantes pia devotione suscépimus: da quæsumus Domine; ut in hora mortis nostræ Sacramentis refec-

Dominus ejus: Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcumque audivi à Patre meo, nota feci vobis. Non vos me alegistis, sed ego elegi vos, & posui vos, ut eatis, & fructum afferatis; & fructus vester manet: ut quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis.

*Offertorium.* In virtute tua Domine lætabitur justus: & super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium animæ ejus tribuisti ei.

#### Secreta.

**H**ostia immaculata, qua illud Domini nostri Jesu Christi immensæ charitatis opus renovamus, Sancto Camillo intercedente, sit contra omnes corporis, & animæ infirmitates salutare remedium, & in extremo agône solatium, & tutela. Per eumdem Dominum.

*Communio.* Infirmus fui, & visitasti me: Amen, amen dico vobis, quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.

ti, & culpis omnibus expiatum novum: quia mirabilia fecit. ¶ Gloria Patri.

#### ORATIO.

**D**eus, qui per Crucem tuam populo in te credenti, triumphum contra inimicos concedere voluisti: quæsumus, ut tua pietate adorantibus Crucem, victoriæ semper tribuas & honorem. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

Lectio Epistolæ Beati Pauli Apostoli ad Gálatas.

*Missa:* Os justi, de Communi Confessoris non Pontificis.

#### ORATIO.

**D**eus, qui hodierna die Beatum Henricum Confessorem tuum è terreni culmine imperii ad regnum æternum transtulisti: te supplices exoramus, ut sicut illum, gratiæ tuæ ubertate præventum illecebras sæculi superare fecisti; ita nos facias, ejus imitatione, mundi humus blandimenta vitare, & ad te puris mentibus pervenire. Per Dominum nostrum.

.....

#### Die xvi. Julii.

IN FESTO TRIUMPHI SANTÆ Crucis. Duplex.

#### Introitus.

**V**enite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Alleluia, alleluia.

*Psalm.* Cantate Domino can-

**F**ratres: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. In Christo enim Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed nova creatura. Et quicumque hanc regulam seuti fuerint, pax super illos, & misericordia, & super Israel Dei. De cetero nemmo mihi molestus sit: ego enim stigmata Domini Jesu in corpore meo porto Grátia Domini nostri Jesu Christi cum spiritu vestro, fratres. Amen.

*Graduale.* Hæc dies, quam fecit Dominus; exultemus, & lætemur in ea. ¶ Déxtera Domini fecit virtutem, déxtera Domini exaltavit me: déxtera Domini fecit virtutem. Alleluia,

## SANCTORUM HISPANORUM

alleluia. ¶. Ó quám gloriosum est regnum , in quo cum Christo regnant omnes Sancti , amicti stolis albis , & sequuntur Agnum quocumque ferit. Alleluia.

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.

**I**n illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Cum audieritis prælia , & seditiones , nolite terreri : oportet primùm hæc fieri , sed nondūm statim finis. Tunc dicebat illis : Surget gens contra gentem , & regnum adversus regnum. Et terræmotus magni erunt per loca , & pestilentiæ , & famæ , terroresque de cœlo , et signa magna erunt. Sed ante hæc omnia injicient vobis manus suas , et persequuntur , tradentes in synagogas , & custodias , trahentes ad Reges , et Presides propter nomen meum: continget autem vobis in testimonium. Ponite ergo in cordibus vestris , non præmeditari quemadmodum respondeatis: Ego enim dabo vobis os , et sapientiam , cui non poterunt resistere , et contradicere omnes adversari vestri. Trademini autem à parentibus , et fratibus , et cognatis , et amicis , et morte affident ex vobis: et eritis odio omnibus propter nomen meum:

et capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras.

*Et dicitur Credo.*

*Offertorium.* Déxtera Dómini fecit virtutem , déxtera Dómini exaltavit me : déxtera Dómini fecit virtutem : non móriar , sed vivam , & narrabo ópera Dómini.

*Secreta.*

**S**acrificium , Dómine , quod tibi immolamus , placatus intende : ut ab omni nos eruat bellorum nequitia , & per vexillum sanctæ Crucis Fílii tui ad conterendas adversariorum insidias , nos in tuæ protectionis securitate constituant. Per eúndem Dominum.

*Prefatio de Cruce* Qui salutem humáni géreris.

*Communio.* Benedícum Deum cœli , & coram omnibus viventibus confitébimur ei : quia fecit nobiscum misericordiam suam.

*Postcommunio.*

**E**xaudi nos Deus salutarius noster: & per triúmphum sanctæ Crucis , à cunctis nos defende periculis. Per Dóminum.

## FESTA JULII.



*Die xvi. Julii.*

## IN COMMEMORATIONE

solemni Beatissimæ Virg.

Mariæ de Monte Car-  
melo. Dup. maj.

*Introitus.*

**G**Audeámus omnes in Dómino , diem festum celebrantes sub honore Beatae Mariæ Virginis , de cuius solemnitate gaudent Angeli , & collaudant Filium Dei.

*Psalm.* Eructavit cor meum verbum bonum : dico ego ópera mea Regi. ¶. Gloria Patri.

*ORATIO.*

**D**eus , qui Beatissimæ semper Virginis , & Genitricis tuæ Mariæ singulari titulo Carméli Ordinem decorasti: concéde propitius ; ut cuius hodiè Commemorationem solenni celebramus officio , ejus muniti præsidiis ad gaudia sempiterra pervenire mereamur. Qui vivis , & regnas.

*Lectio libri Sapientiæ.*

**E**go quasi vitis fructificavi suavitatem odoris : & flo-

res mei , fructus honoris & honestatis. Ego Mater pulchrae dilectionis , & timoris , & agnitionis , & sanctæ spei. In me gratia omnis viæ , & veritatis ; in me omnis spes vitæ & virtutis. Transite ad me omnes , qui concupiscitis me , & á generationibus meis implemini. Spiritus enim meus super mel dulcis , & hæreditas mea super mel & fænum. Memoria mea in generationes. sæculorum. Qui edunt me , adhuc esurient , & qui bibunt me , adhuc sient. Qui audit me , non confundetur : & qui operantur in me , non peccabunt. Qui elucidant me , vitam æternam habebunt.

*Graduale.* Benedicta , & venerabilis es Virgo Maria , quæ sine tactu pudoris inventa es Māter Salvatoris. ¶. Virgo Dei Genitrix , quem totus non capit orbis , in tua se clausit viscera factus homo. Alleluia , alleluia.

¶. Per te , Dei Genitrix , nobis est vita perdita data , quæ de Cœlo suscepisti prolem , & mundo genuisti Salvatorem. Al- lelúia.

Sequentia Sancti Evangelii secundum Lucam.

**I**n illo tempore : Loquente Jesu ad turbas , extollens vo-

cem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter, qui te portavit, & tibera, quæ suxisti: At ille dixit: Quin immo beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. *Credo.*

*Offertorium.* Recordare Virgo Mater in conspectu Dei, ut loquaris pro nobis bona, & ut avertas indignationem suam a nobis.

*Secreta.*

**S**anctifica, Domine, quæsumus, oblata libamina; & Beatæ Dei Genitricis Mariæ saluberrima intercessione, nobis salutaria fore concede. Per eumdem Dominum nostrum.

*Praefatio.* Et te in Commemoratione Beatæ Mariæ.

*Communio.* Regina mundi dignissima Maria, Virgo perpetua, intercede pro nostra pace & salute, quæ genuisti Christum Dominum Salvatorem omnium.

*Postcommunio.*

**A**djuvet nos, quæstumus Domine, gloriosæ tuæ Genitricis, semperque Virginis Mariæ intercessio veneranda: ut quos perpetuis cumulavit beneficiis, a cunctis periculis absolutos, tua faciat pietate concordes. Qui vivis, et regnas.

oooooooooooooooooooooooo

*Die xix. Julii.*

IN FESTO SS. JUSTÆ, ET Ruffinæ Soror. Virg. et Mart. Hispal. Dup.

**M**issa: Loquebar, ut in Communi Virg. & Martyr.

*ORATIO.*

**D**eus, qui virtutem tuam in vasis fictilibus (etiam fragilis sexus) recéndens, sanctis Virginibus, et Martyribus tuis Justæ, & Ruffinæ, mirabilem fidei constantiam tribuisti; da nobis earum patrociniis, in tui amore perseverare, & ad cœlestem coronam pervenire. Per Dominum.

*Epistola:* De Virginibus.

*Secreta:* Intende. *Postcommunio:* Præsta nobis, de Communi plurimum Virgin. & Martyr.

oooooooooooooooooooooooo

*Die xix. Julii.*

IN FESTO SANCTI VINCEN- ti a Paulo Confess. Dup.

**M**issa: Justus ut palma florebit: Ut in Communi Confessor. non Pontif.

*FESTA JULII.**ORATIO.*

**D**eus, qui ad evangelizandum pauperibus, & Ecclesiastici ordinis decorum promovendum Beatum Vincéntium apostolica virtute roborasti: præsta quæsumus, ut cuius pia mérita veneramur, virtutum quoque instruamur exemplis. Per Dominum nostrum.

*Evangelium:* Designavit Dominus: ut in Missali in festo S. Marci 25. Aprilis.

oooooooooooooooooooooooo

*Die xx. Julii.*

IN FESTO SANCTÆ LIBERA- tæ Virginis, et Martyris.

dup. 2. clás.

*Introitus.*

**G**audeamus omnes in Domino, diem festum celebrantes sub honore Beatæ Liberatæ Virginis, & Martyris, de cuius solemnitate gaudent Angeli, & collaudant Filium Dei.

*Psalm.* Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi. ¶ Gloria Patri.

*ORATIO.*

**B**eatæ Liberatæ Virginis, & Martyris tuæ, quæsumus Domine, precibus, & méritis adjuvemur, ut quæ pro tui nominis confessione, & pudicitiae defensione in cruce pependit, ab inimicorum insidiis sua nos

*FESTA JULII.*

## 61

protectione defendat. Per Dominum nostrum.

*In Missis privatis fit commemorationis Sanctæ Margaritæ Virginis, & Martyris.*

*ORATIO.*

**I**ndulgentiam nobis, quæsumus Domine, Beata Margarita Virgo, & Martyr implorat, quæ tibi grata semper extitit, & mérito castitatis, & tuæ professione virtutis. Per Dominum nostrum.

*Lectio libri Sapientiæ.*

**C**onsitebor tibi, Domine Rex, & collaudabo te Deum Salvatorem meum. Confitebor nomini tuo: quoniam adjutor, & protector factus es mihi, & liberasti corpus meum a perditione, a laqueo linguæ iniæquæ, & a labiis operantium mendacium, & in conspectu assistantium factus es mihi adjutor. Et liberasti me secundum multitudinem misericordiæ nominis tui a rugientibus præparatis ad escam, de manibus quærentium animam meam, et de portis tribulationem, quæ circumdederunt me: a presura flammæ quæ circumdedit me, et in medio ignis non sum æstuata: de altitudine ventris inferi, & a lingua coquinata, & a verbo mendacii, a Rege iniquo, et a

lingua injusta. Laudabit usque ad mortem anima mea Dominum, quoniam eruis sustinentes te, et liberas eos de manibus gentium, Domine Deus noster.

*Graduale.* Dilexisti iustitiam; et odisti iniquitatem. ¶ Propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo laetitiae. Alleluia, alleluia.

¶ Adducentur Regi virgines post eam: proximae ejus afferentur tibi in laetitiae. Alleluia.

*Si dicantur Missæ votivæ tempore Paschali, omittitur Graduale, & additur sequens.* ¶ Specie tua, et pulchritudine tua, intende, prosperè procede, et regna. Alleluia.

*Si dicantur Missæ votivæ post Septuagesimam.*

*Tractus.* Veni Sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus preparavit in æternum: pro cuius amore sanguinem tuum fudisti. ¶ Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo laetitiae præ consortibus tuis. ¶ Specie tua, et pulchritudine tua, intende, prosperè procede, et regna.

Sequentia Sancti Evangelii secundum Matthæum.

**I**N illo tempore: dixit Jesus discipulis suis parabolam

hanc: Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro: quem qui invenit homo, abscondit, et præ gaudio illius vadit, et vendit universa, quæ habet, et emit agrum illum. Iterum simile est regnum cœlorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas. Inventa autem una pretiosa margarita, abiit; et vendidit omnia, quæ habuit, et emit eam. Iterum simile est regnum cœlorum sagena missæ in mare, et ex omni genere piscium congreganti: quam, cum impleta esset, eduentes, et secus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione sæculi: Exibunt Angeli, et separabunt malos de medio justorum, & mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus, et stridor dentium. Intellexisti hæc omnia? Dicunt ei: Etiam. Ait illis. Ideò omnis Scriba doctus in regno cœlorum, similis est homini Patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova, & vetera.

*Offertorium.* Afferentur Regi virgines post eam: proximæ ejus afferentur tibi in letitia, & exultatione: adducentur in templum Regi Domino.

*Secreta.*

**S**uscipe, Domine, munera, quæ in Beatæ Liberatæ Virginis, & Martyris tuæ solemnitate deferimus: cujus nos confidimus patrocinio liberari. Per Dominum nostrum.

*Pro Sancta Margarita Virgine, & Martyr.*

*Secreta.*

**H**ostias tibi, Domine, Beatae Margaritæ Virginis, & Martyris tuæ dicatas meritis benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue provenire subsidium. Per Dominum nostrum.

*Communio.* Confundantur superbi, quia injustè iniquitatem fecerunt in me: ego autem in mandatis tuis exercebor, in tuis justificationibus, ut non confundar.

*Postcommunio.*

**A**uxilientur nobis, Domine, sumpta mysteria: & intercedente Beata Liberata Virginie, & Martyre tua, semper terna faciant protectione gaudente. Per Dominum nostrum.

*Pro Sancta Margarita Virgine, & Martyr.*

*Postcommunio.*

**D**ivini munera largitate satiati, quæsumus Domine Deus noster: ut intercedente Beata Margarita Virgine, & Mar-

tyre tua, in ejus semper participatione vivamus. Per Dominum nostrum.

Die xx. Julii.

IN FESTO SANCTI HIERONYMI Æmiliani Confess.

Duplex.

*Introitus.*

**E**ffusum est in terra jecur meum super contritione filiæ populi mei, cum deficeret parvulus, & lactens in plateis oppidi.

*Psalm.* Laudate pueri Dominum: laudate nomen Domini. ¶ Gloria Patri.

*ORATIO.*

**D**eus misericordiarum Pater, per merita, & intercessionem Beati Hieronymi, quem orphanis adjutorem & patrem esse voluisti: concede, ut spiritum adoptionis, quo filii tui nominamur & sumus, fideliter custodiamus. Per Dominum nostrum.

Lectio Isaiae Prophetæ.

**F**range esuriensi panem tuum, & egenos, vagos que induc in domum tuam: cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despéreris. Tunc erumpet quasi mane lu-

men tuum , & sanitas tua citius orietur , & anteibit faciem tuam justitia tua , & gloria Domini colliget te. Tunc invocabis , & Dominus exaudiet : clamabis , & dicet : Ecce adsum ; si abstuleris de medio tui catenam , & desieris extendere digitum , & loqui , quod non prodest. Cum effuderis esurienti animam tuam , & animam afflictam repleveris , orietur in tenebris lux tua , & tenebræ tuæ erunt sicut meridies. Et requiem tibi dabit Dominus semper , & implebit splendoribus animam tuam , et ossa tua liberabit , & eris quasi hortus irriguus , et sicut fons aquarum , cuius non deficient aquæ.

*Graduale.* Deriventur fontes tui foras , et in plateis aquas tuas divide. ¶. Jucundus homo qui miseretur , et commodat : disponet sermones suos in judicio: quia in æternum non commovebitur. Alleluia , alleluia. ¶. Dispersit , dedit pauperibus : justitia ejus manet in sæculum sæculi. Alleluia.

Sequentia Sancti Evangelii secundum Matthæum.

**I**n illo tempore : Oblati sunt ei parvuli , ut manus eis imponeret , & oraret. Discipuli autem increpabant eos. Jesus

verò ait eis : Sinite parvulos , & nolite eos prohibere ad mē venire : talium est enim regnum cœlorum. Et cum imposuisset eis manus , abiit inde. Et ecce unus accedens , ait illi : Magister bone , quid boni faciam ut habeam vitam æternam ? Qui dixit ei : Quid me interrogas de bono ? Unus est bonus , Deus. Si autem vis ad vitam ingredi , serva mandata. Dicit illi : Quæ Jesus autem dixit : Non homicidium facies : non adulterabis : non facies furtum : non falsum testimonium dices : honora patrem tuum , & matrem tuam , & diliges proximum tuum sicut te ipsum. Dicit illi adolescens : Omnia hæc custodivi à juventute mea , quid adhuc mihi deest ? Ait illi Jesus : Si vis perfectus esse , vade , vende quæ habes , & da pauperibus , & habebis thesaurum in cœlo : & veni , séquere me.

*Offertorium.* Quando orabas cum lacrymis , & sepeliebas mortuos tuos , & derelinquebas prandium tuum , & mortuos abscondebas per diem in domo tua , & nocte sepeliebas eos , ego obtuli orationem tuam Domino.

*Secreta.*

**C**lementissime Deus , qui veteri homine consump-

to , novum secundum te in Beato Hieronymo creare dignatus es : da per merita ipsius ; ut nos pariter renovati hanc placationis hostiam in odorem tibi suavisimum offeramus. Per Dominum.

*Communio.* Religio munda , et immaculata apud Deum , et Patrem , hæc est : Visitare pupillos , & viduas in tribulatione eorum , & immaculatum se custodire ab hoc sæculo.

*Postcommunio.*

**A**Ngelorum pane refecti , te Domine , suppliciter deprecamur : ut qui annuam Beati Hieronymi Confessoris tui memoriam celebrare gaudemus , ejusdem etiam exemplum imitemur , & amplissimum in regno tuo præmium obtinere valeamus. Per Dominum.



*Die xxiv. Julii.*

IN VIGILIA S. JACOBI APOSTOLI , Hispaniarum Apostoli , et Patroni.

*Introitus.*

**P**rocédens Dominus juxta mare Galileæ , vidit duos fratres , Jacobum Zebédæi , et Joannem fratrem ejus in navi cum Zebédæo patre eorum reficiéntes rétia sua , et vocavit eos.

*Psalm.* Cœli enarrant gloriā Dei : et ópera manūrum ejus annuntiat firmamentum. ¶. Gloria Patri.

*ORATIO.*

**D**A , quæsumus , Omnipotens Deus , ut Beati Jacobi Apostoli tui , quam prævenimus , reverenda solemnitas , et devotionem nobis augeat , et salutem. Per Dominum.

*Deinde fit comme. S. Christina Virg. & Mart. Oratio. Indulgientiam de Communi Virginis & Martyris. Tertia Oratio dicitur de sancta Maria. Concede.*

*Si festum S. Jacobi venerit Feria secunda , in Sabbato dicuntur duæ Missæ in Cathedralibus & in Collegiatis Ecclesiis : una de S. Apollinare , post Tertiam : alia de Vigilia , post Nonam ; & in ea , secunda Oratio dicitur de Sancta Maria , tertia Ecclesiæ , vel pro Papa : & tum fiet commem. de S. Christina in Dominicâ.*

Léctio libri Sapientiæ.

**B**enedictio Domini super cunctum justi. Ideo dedit illi Dominus hereditatem , & divisit illi partem in tribulus duodecim : et invénit gratiam in conspectu omnis carnis. Simillem illum fecit in gloria Sanc-

## SANCTORUM HISPANORUM.

tòrum , & magnificavit eum in timore inimicorum. Qui in diebus suis non pertinuit principem , et potentia nemo vicit illum ; nec superavit illum verbum aliquod , et mortuum prophetavit corpus ejus. Qui erexit novis muros evérsos , et stare fecit portas , et seras. Qui erexit domos nostras , firmaméntum gentis , stabiliméntum populi. Et ossa ipsius visitata sunt , et post mortem prophetavérunt.

*Graduale.* Nimis honorati sunt amici tui Deus : nimis confortatus est principatus eòrum. ¶. Di numerabo eos , et super arenam multiplicabuntur.

Sequentia Sancti Evangelii secundùm Marcum.

**I**N illo tempore : Ascendens Jesus in montem , vocavit ad se , quos voluit ipse : et venerunt ad eum. Et fecit ut essent duodecim cum illo : et ut mitteret eos prædicare. Et dedit illis potestatem curandi infirmatates , et ejiciendi dæmonia. Et imposuit Simóni nomen Petrus: et Jacóbum Zebedæi , et Joánnem fratrem Jacobi , et impósuit eis nómina Boanerges , quod est , Filii tonítrui.

## Postcommunio.

**S**ancti Apostoli tui Jacobi, quæsumus Dómine , supplicatione placatus , et veniam nobis tríbue , et remedia semperna concede. Per Dóminum nostrum.

Jacóbum Alphæi , et Thaddæum , et Simónem Cananæum , & Judam Iscariótēm , qui et traddidit illum. Et véniant ad domum: et convénit íterum turba , ita ut non possent neque panem manducare.

*Offertorium.* Glória et honore coronasti eum , et constitúisti eum super ópera manuum tuarum , Dómine.

## Secreta.

**A**postóli reverentiâ culmina nis offeréntes tibi sacra mysteria , Dómine quæsumus: ut Beati, Apostoli tui Jacobi suffrágii , cuius natalitia prævenimus , plebs tua semper et sua vota depromat , et desiderata percipiat. Per Dominum.

*Communio.* Vocávit Dóminus Jacobum Zebedæi , et Joannem fratrem ejus , et impósuit eis nómina Boanerges , quod est , Filii tonítrui.

## Postcommunio.

**I**n illo tempore : Accesit ad Jesum mater filiorum Zebedæi , cum filiis tuis , adórans , & petens aliquid ab eo. Qui di-

## FESTA JULII.

67



Die xxv. Julii.

## IN FESTO SANCTI JACOBI

Apostoli , et Hispaniarum Patroni.

**P**onam in eis signum , dicit Dominus , et mittam ex eis ad eos , qui non audiérunt de me , et annuntiabunt gloriam meam gentibus.

*Psalm.* Cœli enarrant gloriam Dei , et opera manum ejus annuntiat firmamentum. ¶. Gloria Patri &c. Ponam in eis.

## ORATIO.

**E**sto Domine plebi tuæ sanctificator , et custos , ut Beati Jacobi Apostoli tui munita præsidiis , & conversatiōne tibi placeat , et secura mente deserviat. Per Dominum nostrum.

*Et non fit alia commemoratio , nisi occurrat in Dominica.*

Lectio Epistolæ Beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

**F**ratres , puto quod Deus nos Apostolos novissimos ostendit , tamquam morti destinatos , quia spectaculum facti sumus mundo , et Angelis , et hominibus. Nos stulti propter Christum , vos autem prudentes

in Christo : nos infirmi , vos autem fortes ; vos nobiles , nos autem ignobiles. Usque in hanc horam , & esurimus , & sitimus , & nudi sumus , & cólaphis cædimur , & instábiles sumus , & laboramus operantes manibus nostris : maledícimur , & benedícimur : persecutionem pátimur , & sustinemus : blasphemámur , & obsecrámus : tamquam purgamenta hujus mundi facti sumus omnium peripséma usque adhuc.

Non ut confundat vos hæc scribo , sed ut filios meos charíssimos móneo. Nam si decem millia paedagogórum habeatis in Christo , sed non multos patres. Nam in Christo Jesu per Evangelium ego vos gñui.

*Graduale.* Lex Dómini semper fuit in ore ejus , & iniquitas non est invénta in labiis suis. ¶. In pace , & in æquitate ambulávit , & impios convertit ab iniqüitate. Alleluia , alleluia.

¶. O Sidus refulgens Hispanæ , Sancte Jacobé Apostole. Alleluia.

Sequentia Sancti Evangelii secundùm Matthæum.

**I**n illo tempore : Accesit ad Jesum mater filiorum Zebedæi , cum filiis tuis , adórans , & petens aliquid ab eo. Qui di-

xit ei: Quid vis? Ait illi: Dic ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram in regno tuo. Respondens autem Jesus, dixit: Nescitis quid petatis. Potestis bibere Calicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: Possumus. Ait illis: Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam, vel sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a Patrem meo.

*Credo.*

*Offertorium.* Nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum, Alleluia.

*Secreta.*

**O** Blationes populi tui, quæsumus Domine, Beati Jacobi Apostoli tui passio beata conciliet, & quæ nostris non aptæ sunt meritis, fiant tibi placitæ ejus deprecatione. Per Dominum nostrum.

*Præfatio de Apostolis.*

*Communio.* Ipsum elegit Dominus in salutem gentium: dedit illi in præceptis suis potestatem docere Jacob testimonia, & in lege sua lucem dare Israël.

*Postcommunio.*

**B**eatæ Apostoli tui Jacobi, quæsumus Domine, intercessione nos adjuva: pro cu-

jis solemnitate percepimus tua sancta latantes. Per Dominum.

*Die xxvii. Julii.*

IN FESTO S. PANTALEONIS  
Martyr. Semid.

**M**issa: Lætabitur, de Communi unius Martyris.

*ORATIO.*

**D**eus, qui Pantaleonem Martyrem tuum varia tormenta superare fecisti, & pro persecutoribus exorare; concede propitius, ut qui ejus imploramus auxilium, misericordiae sentiamus effectum. Per Dominum nostrum.

FESTA  
AUGUSTI.

*Die ii. Augusti*

IN FESTO SANCTI PETRI  
Episcopi Oxomensis, Confess.  
Duplex.

**M**issa: Statuit ei Dominus, de Communi Confessoris Pontif.  
*Oratio.* Da quæsumus, &c.

jus solemnitate percepimus tua sancta latantes. Per Dominum.

FESTA AUGUSTI.

*Die ix. Augusti.*

IN FESTO SANCTORUM  
Martyrum Justi, & Pastoris.

Dup. 2. clas.

*Introitus.*

**L**Audate pueri Dominum, laudate nomen Domini, qui habitare facit fratres in unum.

*Psalm.* Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. ¶ Gloria Patri.

*ORATIO.*

**D**eus, lactentium fides, spes infantum, charitas puerorum, qui per innocentum tuorum Justi, et Pastoris laudem cunctos provocas ad salutem: infunde in nobis, quæsumus, puritatem lactentis infantiae, ut dum sensu justitiae parvulis adæquamur, in illa remuneratione fidelium cum sanctis pariter gloriemur. Per Dominum.

*Deinde fit commemoratio Vigiliae S. Laurentii.*

*ORATIO.*

**A**desto, Domine, supplicationibus nostris, & intercessione Beati Laurentii Martyris tui, cuius prevenimus festivitatem, perpetuam nobis misericordiam benignus impende.

*In Missis privatis, pro commemoratione Sancti Romani Martyris.*

*ORATIO.*

**P**ræsta quæsumus, Omnipotens Deus: ut intercedente Beato Romano Martyre tuo, & a cunctis adversitatibus liberemur in corpore, & a pravis cogitationibus mundemur in mente. Per Dominum nostrum.

Lectio libri Apocalypsis Beati Joannis Apostoli.

**I**n diebus illis: Respondit unus de seniöribus, & dixit mihi: Hi, qui amicti sunt stolis albis, qui sunt? et unde venerunt? Et dixi illi: Domine mi, tu scis. Et dixit mihi: Hi sunt, qui venerunt de tribulatione magna, & laverunt stolas suas, & dealbaverunt eas in sanguine Agni. Ideò sunt ante thronum Dei, & serviunt ei die nocte in templo ejus, & qui sedet in throno, habitabit super illos. Non esurient, neque sitiunt amplius, neque cadet super illos sol, neque ullus æstus, quoniam Agnus Dei, qui in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum, & absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.

*Graduale.* Ecce quæ bonum,

& quam jucundum habitare fratres in unum. ¶ Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. Alleluia, alleluia. ¶ Hæc est vera fraternitas, quæ vicit mundi crimina, Christum secuta est, inclita tenens regna cœlestia. Alleluia.

Sequentia Sancti Evangelii secundum Matthæum.

**I**N illo tempore: Respondens Jesus, dixit: Confiteor tibi Pater, Domine Cœli, & terræ: quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Ita Pater: quoniam sic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Et nemo novit Filium nisi Pater: neque Patrem quis novit nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos, et discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: & invenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est, & onus meum leve.

**Offertorium.** Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israël, ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ: benedictus Deus. Alleluia.

*Secreta.*

**S**uscipe, Domine, oblationes populi tui in solemnitate Sanctorum Martyrum tuorum Justi, & Pastoris, ut eorum præsidio adjutus salutem consequatur æternam. Per Dominum.

*Pro Vigilia Sancti Laurentii.*

*Secreta.*

**H**ostias, Domine, quas tibi offerimus, propitius suscipe: & intercedente Beato Laurentio Martyre tuo, vincula peccatorum nostrorum absolute. Per Dominum.

*In Missis privatis pro Sancto Romano Martyre.*

*Secreta.*

**M**uneribus nostris, quæsumus Dómine, precibusque susceptis, & cœlestibus nos munda mysteriis, & clementè exaudi. Per Dominum.

**Communio.** Et si coram hominibus tormenta passi sunt, Deus tentavit eos, tamquam aurum in fornace probavit eos, & quasi holocausta accepit eos.

*Postcommunio.*

**S**acramenta, quæ sumpsimus, Domine, intercessione innocentium tuorum Justi, et Pastoris, ab omnibus nos tueantur adversis, et gaudis fa-

FESTA AUGUSTI.

71

ciant perfrui sempiternis. Per Dominum.

*Pro Vigilia Sancti Laurentii.*

*Postcommunio.*

**D**A quæsumus Domine Deus noster: ut sicut Beati Laurentii Martyris tui commemoratione temporali gratulamur officio: ita perpétuo lètemur aspectu. Per Dominum.

*In Missis privatis pro Sancto Romano Martyre.*

*Postcommunio.*

**Q**Uæsumus Domine Deus, ut qui cœlestia alimenter cepimus, intercedente Beato Romano Martyre tuo, per hæc contra omnia adversamuniamur. Per Dominum nostrum.

*In fine Missæ dicitur Evangelium Vigilie.*



*Die xxi. Augusti.*

IN FESTO S.JOANNÆ FRANCISCÆ Fremiot. de Chantal.

Viduæ. Duplex.

**M**issa: Cognovi Domine, de Commun. nec Virg. nec Martyr.

**ORATIO.**

**O**Mnipotens, et misericors Deus, qui Beátam Joannam Franciscam tuo amore succensam admirabili Spiritus forti-

tudine per omnes vitæ sémitas in via perfectionis donasti; qui que per illam illustrare Ecclesiæ tuam nova prole voluisti: ejus méritis, et precibus concéde, ut qui infirmitatis nostræ consciæ de tua virtute confidimus, cœlestis gratiæ auxilio, cuncta nobis adversantia vincamus. Per Dominum, &c.

*Secreta.*

**I**llo nos amoris igne, quæsumus Domine, hæc hostia salvularis inflammet, quo Beatæ Joannæ Franciscæ cor vehementer incendit, & flammis addusit æternæ charitatis. Per Dominum, &c.

*Postcommunio.*

**S**piritum nobis, Domine, tuæ charitatis infunde, ut, quos cœlestis panis virtute satiasti, Beata Joanna Francisca intercedente, facias terrena despicer, et te solum Deum pura mente sectari. Per Dominum, &c. in unitate ejusdem Spiritus, &c.



*Die xxiii. Augusti.*

IN FESTO SANCTI PHILIPPI

Benitii Confess. Dup.

**M**issa: Justus ut palma, de Comm. Confess. non Pontif.

## SANCTORUM HISPANORUM

## ORATIO.

**D**eus, qui per Beatum Philippum Confessorem tuum eximium nobis humilitatis exemplum tribuisti: da famulis tuis prospera mundi ejus imitatione despicer, & cœlestia semper inquirere. Per Dominum nostrum.

*Et fit commemorationis Vigiliae S. Bartholomæi, ut in Missali.*

oooooooooooooooooooooooo  
Die xxvii. Augusti.  
IN FESTO SANCTÆ THERE-  
SIAE Secundò. Dup.

**M**issa: Dilexisti, de Communi Virginum.

## ORATIO.

**D**eus, qui illibata præcor-  
dia Beatæ Virginis Ther-  
esiæ Sponsæ tuæ ignito jaculo  
transfixisti, & charitatis victi-  
mam consecrati: ipsa interve-  
niénte, concede, ut corda nos-  
tra ardore Sancti Spiritus fer-  
veant, & te in omnibus super  
omnia diligent. Qui vivis, &  
regnas cum Deo Patre, in uni-  
tate ejusdem, &c.

oooooooooooooooooooooooo  
Die xxvii. Augusti.

IN FESTO SANCTI JOSEPHI  
Calasantii Confess. Dup.

## Introitus.

**V**enite filii, audite me;  
timorem Domini docê-  
bo vos.

*Psalm.* Benedicam Dominum  
in omni tempore, semper laus  
ejus in ore meo. **v.** Gloria.

## ORATIO.

**D**eus, qui per sanctum Iosephum Confessorem tuum ad erudiendam spiritu intelligentiæ, ac pietatis juventutem, novum Ecclesiæ tuæ subsidium providere dignatus es: præsta quæsumus, nos ejus exēmple, & intercessione ita facere, & docere, ut præmia consequamur æterna. Per Dominum.

## Lectio libri Sapientiæ.

**J**ustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, & dedit illi scientiam sanctorum: honestavit illum in laboribus, & complevit labores illius. In fraude circumvenientium illum affuit illi: & honestum fecit illum. Custodivit illum ab inimicis, & a seductoribus tutavit illum, & certamen forte dedit illi, ut vinceret, & sciret quoniam omnium potenter est sapientia. Hæc venditum justum non dereliquit, sed a peccatoribus liberavit eum, descenditque cum illo in fô.

## FESTA AUGUSTI.

veam, & in vinculis non dereliquit illum, donec afferret illi sceptrum regni, & potentiam adversus eos, qui eum deprimebant: & mendaces ostendit, qui maculaverunt illum: & dedit illi claritatem æternam Dominus Deus noster.

*Graduale.* Os justi meditabitur sapientiam, & lingua ejus loquetur judicium. **v.** Lex Dei ejus in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus ejus. Alleluia, alleluia.

**v.** Beatus vir qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Alleluia.

Sequentia Sancti Evangelii secun-  
dum Matthæum.

**I**n illo tempore: Accesserunt discipuli ad Jesum dicentes: Quis putas major est in regno cœlorum? Et advocans Jesus parvulum, statuit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico vobis, nisi conversi fueritis, & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Quicumque ergo humiliaverit se sicut parvulus iste, hic est major in regno cœlorum: & qui suscepit unum parvulum tam in nomine meo, me suscipit.

*Offertorium.* Desiderium pauperum exaudivit Dominus: præparatione cordis eorum audiebit auris tua.

## Secreta.

**A**ltare tuum, Domine,  
muneribus cumulamus  
oblatis: ut ejus nobis fiant supplicatione propitia, cuius nos donasti patrocinio adjuvari. Per Dominum nostrum.

*Communio.* Sinite parvulos venire ad me, & ne prohibueritis eos: talium est enim regnum Dei.

## Postcommunio.

**S**anctificati, Domine, salutari mysterio, quæsumus: ut intercessione Sancto Josepho Confessore tuo, ad maius semper proficiamus pietatis incrementum. Per Dominum.

oooooooooooooooooooooooo  
Die xxx. Augusti.  
IN FESTO SANCTÆ ROSÆ  
Virginis. Dup.

**M**issa: Dilexisti justitiam, de Communi Virginum.

## ORATIO.

**B**onorum omnium largitor,  
Omnipotens Deus, qui  
Beatam Rosam, cœlestis gratiæ rore præventam, virginitatis, & patientiæ decore Indis floresceret voluisti: da nobis famulis

## SANCTORUM HISPANORUM.

tuis ; ut in odorem suavitatis ejus currentes , Christi bonus odor effici mereamur. Qui tecum vivit , & regnat.

Die xxxi. Augusti.

IN FESTO SANCTI RAYMUNDI Nonnati Confessoris.

Duplex.

*Missa: Os justi , de Communi Confessoris non Pontificis.*

ORATIO.

**D**eus , qui in liberāndis fidelibus tuis ab impiorum captivitate Beatum Raymundum Confessorem tuum mirabilem effecisti : ejus nobis intercessione concede ; ut a peccatorum vinculis absoluī , quae tibi sunt placita , liberis mentibus exequāmur. Per Dominum nostrum.

FESTA

## SEPTEMBRIS.

Die ii. Septembris.

IN FESTO SANCTI ANTONINI Martyris.

Duplex.

*Missa: Lætabitur , de Communi unius Martyris , cum Evang.*

Nisi granum pag. 48.

ORATIO.

**O**mnipotens sempiterne Deus , qui hunc diem Beati Antonini Martyris tui solemnitate clarificas : exaudi preces populi tui , & præsta ; ut quæ fideliter expetit , eo suffragante consequi mereatur. Per Dominum nostrum.

Die ii. Septembris.

IN FESTO SANCTI STEPHANI Hungariæ Regis , Confessoris. Semid.

*Missa: Os justi meditabitur sapientiam , de Communi Confessoris non Pontificis.*

ORATIO.

**C**oncede quæsumus Ecclesiae tuæ , Omnipotens Deus : ut Beatum Stephanum Confessorem tuum , quem regnarem in terris propagatorem habuit , propugnatorem habere mereatur gloriosum in Cœlis. Per Dominum nostrum.

*Evangelium. Homo quidam nolis abiit in regionem longinquam , ut in eodem Communi tertio loco. Vel ut in Missali in festo S. Ludovici 25. Augusti.*

## FESTA SEPTEMBRIS.

*Secreta.*

**R**espice , quæ offerimus ; hostias , Omnipotens Deus ; & præsta , ut qui Passio- nis Dominicæ mysteria celebra- mus , imitemur quod agimus. Per Dominum nostrum.

Postcommunio.

**P**ræsta , quæsumus , Omnipotens Deus , ut Beati Stephani Confessoris tui fidem congrua devotione sectemur , qui pro ejusdem fidei dilatatione , de terreno regno ad Cœlestis regni gloriam meruit per- venire. Per Dominum.

Die iv. Septembris.

IN FESTO SANCTÆ ROSALIAE Virginis. Semid.

*Missa: Dilexisti justitiam , de Communi Virginum.*

ORATIO.

**E**xaudi nos Deus salutaris noster : ut sicut de Beata Rosaliæ Virginis tuæ festi- tate gaudemus ; ita piæ devotio- nis erudiamur affectu , & ejus intercessione ab iracundia tuæ flagellis misericorditer liberemur. Per Dominum.

Die v. Septembris.

IN COMMEMORATIONE Sancti Juliani Episc. Conchen- sis , et Confessoris. Dup.

Introitus.

**S**Tatuit ei Dominus testa- mentum pacis , & princi- pem fecit eum : ut sic illi sacer- dotii dignitas in æternum.

*Psalm. Memento Domine Da- vid , & omnis mansuetudinis ejus. ¶ Gloria Patri.*

ORATIO.

**D**eus , qui nos Beati Juliani Confessoris tui atque Pontificis veneranda Commemo- ratione lœtificas : excita in no- bis , quæsumus , ejus spiritum innocentiae , & charitatis , & præsta , ut cujus recolimus me- rita , per ejus ad te gradiamur exempla. Per Dominum nos- trum.

Lectio Epistolæ Beati Pauli Apos- toli ad Corinthios.

**F**ratres : Scitis gratiam Do- mini nostri Jesu Christi , quóniam propter vos egénus fac- tus est , cùm esset dives , ut illius inopia vos divites essetis. Et consilium in hoc do : hoc enim vobis utile est , qui non solum facere , sed & velle cœ- pistis ab anno priore : nunc ve-

## SANCTORUM HISPANORUM.

76 & facti perficie: ut quemadmodum promptus est animus voluntatis, ita sit & perficiendi ex eo, quod habetis. Si enim voluntas prompta est, secundum id quod habet, accepta est, non secundum id quod non habet. Non enim ut aliis sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex aequalitate. In presenti tempore vestra abundantia illorum inopiam suppletat: ut et illorum abundantia vestra inopiae sit supplementum, ut fiat aequalitas, sicut scriptum est: Qui multum, non abundavit: & qui modicum, non minaravit.

*Graduale.* Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo.

¶. Non est inventus similis illi, qui conservaret legem Excelsti. Alleluia, alleluia. ¶. Tu es Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Alleluia.

Sequentia Sancti Evangelii secundum Lucam.

**I**N illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nolite timere pusillus gressus, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Vendite, quae possidetis, & date eleemosynam. Facite vo-

bis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficiem in coelis: quod sur non appropiat, neque tinea corrumpit. Ubi enim thesaurus vester est, ibi et cor vestrum erit.

*Offertorium.* Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum.

*Secreta.*

**P**ro Sancti Confessoris tui Juliani, Domine, Commemoratione hostiam immolamus humifilter deprecantes, ut quod nostris meritis obtinere non possumus, ejus, qui tibi placuit, nobis intercessione donetur. Per Dominum nostrum.

*Communio.* Facie vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficiem in coelis: quod sur non appropiat, neque tinea corrumpit.

*Postcommunio.*

**C**aelstibus refecti sacramentis te supplices, Domine, deprecamur, ut qui Beati Juliani Confessoris tui, atque Pontificis Commemoracionem recolimus, per illum summamus indulgentiae largitatem. Per Dominum.

## FESTA SEPTEMBRIS.



*Die v. Septembri.*

IN FESTO SANCTI LAURENTII Justiniani Episc. et Confes. Semid.

**M**issa: Statuit ei, de Communi.



**DOMINICA INFR A OCT.**  
*Nativitatis Beatæ Mariæ.*

IN FESTO SANCTISSIMI NOMinis Beatæ Mariæ Virginis.

*Introitus.*

**V**ultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis: adducentur Regi virgines post eam: proximæ ejus adducentur tibi in laetitia & exultatione.

*Psalm.* Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi. ¶. Gloria Patri.

*ORATIO.*

**C**oncede, quæsumus Omnipotens Deus, ut fidèles tui, qui sub Sanctissimæ Virginis Mariæ Nomine, & protectione laetantur: ejus pia intercessione, a cunctis malis liberentur in terris, & ad gaudia aeterna pervenire mereantur in coelis. Per Dominum.

*Lectio libri Sapientiae.*

**E**go quasi vitis fructificavi suavitatem odoris: & flo-

res mei fructus honoris & honestatis. Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei. In me gratia omnis viæ, & veritatis, in me omnis spes vitæ, & virtutis. Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, & a generationibus meis implemini. Spiritus enim meus super mel dulcis, & hereditas mea super mel, & favum. Memoria mea in generationes sæculorum. Qui edunt me, adhuc esurient, et qui bibunt me, adhuc sitient. Qui audit me, non confundetur, & qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucidant me, vitam aeternam habebunt.

*Graduale.* Benedicta, & venerabilis es Virgo Maria quæ sine tactu pudoris inventa es mater Salvatoris. ¶. Virgo Dei Genitrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo. Alleluia, alleluia. ¶. Post partum virgo inviolata permansisti, Dei Genitrix intercede pro nobis. Alleluia.

Sequentia Sancti Evangelii secundum Lucam.

**I**N illo tempore: Missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galileæ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Jo-

seph, de domo David, & non men Virginis Maria: Et ingressus Angelus ad eam, dixit: Ave gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in murieribus, et benedictus fructus ventris tui.

*Secreta.*

**T**ua, Domine, propitiatione, et Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione ad perpetuam, atque præsentem hæc oblatio nobis proficiat prosperitatem, et pacem. Per Dominum nostrum.

*Deinde altera secreta pro Dominicæ occurrente.*

*Præfatio de Beata Maria Virgine.* Et te in festivitate.

*Communio.* Beata víscola Mariæ Virginis, quæ portaverunt æterni Patris Filium.

*Postcommunio.*

**S**umptis, Domine, salutis nostræ subsidiis, da quæsumus, Beatae Mariæ semper Virginis patrocinii nos ubique protegi, in cuius veneratiōne, hæc tuæ obtulimus Majestati. Per Dominum nostrum.

*Deinde altera Postcommunio de Dominicæ occurrente.*

*In fine Missæ legitur Evangelium Dominicæ.*

*Offertorium.* Ave Maria gra-

tia plena: Dominus tecum: Benedicta tu in murieribus, et benedictus fructus ventris tui.

In festo Septem Dolorum B. M.  
V. Dup. maj.

**M**issa ut in festo Septem Dolorum B. M. V. fer. 6. post Dominic. Passionis: cum Gloria, & Credo. Graduale, & Sequentia ut ibidem, in cuius fine additur: Alleluia, quia non dicitur in fine Gradualis, præter Orationem sequentem.

*ORATIO.*

**D**eus, in cuius Passione, secundum Simeonis proprietiam, dulcissimam animam gloriosæ Virginis, & Matris Mariæ doloris gladius pertransivit: concede propitius, ut qui dolores ejus venerando recolimus, Passionis tuæ effectum felicem consequamur. Qui vivis, &c.

*Et fit commemorat. Dominicæ. Credo.*

*Præfatio:* Et te in Transfixione.

*Ultim. Evang. Dominicæ.*

oooooooooooooooooooooooo

*Die xviii. Septembris.*

IN FESTO SANCTI THOMÆ de Villanova Episc. & Confes.

Duplex.

**M**issa: Statuit ei Dominus, de Communi Confessoris Pontif.

*ORATIO.*

**D**eus, qui Beatum Thomam Pontificem insignis in pauperes misericordiae virtute decorasti: quæsumus, ut ejus intercessione in omnes, qui te deprecantur, divitias misericordiae tuæ benignus effundas. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

oooooooooooooooooooooooo

*Die xviii. Septembris.*

IN FESTO SANCTI JOSEPHI à Cupertino Confessoris.

Duplex.

*Introitus.*

**D**ilectio Dei honorabilis sapientia: quibus autem apparuerit in visu, diligunt eam in visione, & in agnitione magnalium suorum.

*Psalm.* Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! Concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. ¶ Gloria Patri.

*ORATIO.*

**D**eus, qui ad unigenitum Filium tuum exaltatum a terra omnia trahere dispositi, perfice propitius; ut meritis, & exemplo Seraphici Confessoris tui Josephi supra terrinas omnes cupiditates elevati ad eum pervenire mereamur. Qui

*Dominica iii. Septembris.*

tecum vivit, & regnat.

Lectio Epistolæ Beati Pauli Apostoli ad Corínthios.

**F**ratres: Si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & nōverim mysteria omnia, & omnem scientiam: & si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam; charitatem autem non habuero, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas; & si tradidero corpus meum, ita ut ardeam: charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Cháritas patiens est, benigna est: Cháritas non æmularit, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati: omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Cháritas numquam excidit: sive prophetę evacuabuntur, sive linguę cessabunt, sive sciencia destruetur.

*Graduale.* Domine prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus co-

ronam de lapide precioso. ¶. Vitem petiit à te, & tribuisti ei longitudinem diérum in sæculum, & in sæculum sæculi. Alleluia, alleluia. ¶. Oculus Dei respéxit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipsius, & exaltavit caput ejus. Alleluia.

Sequentia Sancti Evangelii secundum Matthæum.

**I**n illo tempore: Loquebatur Jesus Princípibus Sacerdotum, & Pharisæis in parabolis; dicens: Símile factum est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit servos suos vocare invitatos ad nuptias, & nolebant venire. Iterum missit alios servos, dicens: Dicite invitatis: Ecce prandium meum paravi, tauri mei, & altilia occisa sunt, & omnia parata; venite ad nuptias. Illi autem neglexérunt: & abierunt, aliis in villam suam, aliis verò ad negotiationem suam: reliqui verò tenuerunt servos ejus, & contumeliis affectos occidérunt. Rex autem, cum audisset, iratus est, & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & civitatem eorum succéndit. Tunc ait servis suis: Nuptiæ quidem paratae sunt, sed qui invitati erant, non fuerunt digni.

FESTA SEPTEMBRIS.

ni. Ite ergo ad exitus viarum, & quoscumque inveneritis, vocate ad nuptias. Et egressi servi ejus in vias, congregavérunt omnes, quos invenerunt, malos, & bonos: et impletæ sunt nuptiæ discubentium. Intravit autem Rex ut vidèret discubentes, & vidiit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. Et ait illi: Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? At ille obmútuit. Tunc dixit Rex ministris: Ligáti manibus, & pedibus ejus, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, et stridor dentium. Multi enim sunt vocati, pauci verò electi.

*Offertorium.* Ego autem, cùm mihi molesti essent, induabar cilicio. Humiliabam in jejunio animam meam: & oratio mea in sinu meo convertetur.

*Secreta.*

**L**audis tibi, Domine, hostias immolamus in tuorum commemoratione Sanctorum: quibus nos, & præsentibus exui malis confidimus, & futuri. Per Dominum nostrum.

*Communio.* Ego sum pauper, & dolens: salutis tua Deus suscepit me. Laudabo nomen Dei cum cántico: & magnificabo eum in laude.

*Postcommunio.*

**R**efecti cibo potuque cœlesti, Deus noster, te supplices exoramus; ut in cuius hæc commemoratione percépiamus, ejus muniamur & præcibus. Per Dominum nostrum.

Die xxiv. Septembris.

IN FESTO BEATISSIMÆ Virginis Mariæ de Mercede.  
Dup. maj.

**M**issa: Salve sancta Parens, ut in votivis à Pentecoste usque ad Adventum.

*ORATIO.*

**D**eus, qui per gloriosissimam Filii tui Matrem ad liberandos Christi fideles à potestate Paganorum, nova Ecclesiastiam tuam prôle amplificare dignatus es: præsta, quæsumus, ut quam piè veneramur tanti oporis institutricem, ejus pariter meritis, & intercessione à peccatis omnibus, & captivitate dæmonis liberemur. Per eumdem Dominum nostrum. *Credo.*

*Præfatio.* Et te in festivitate.

Die xxv. Septembris.

IN FESTO SANCTÆ MARIAE de Cervellione Virginis.

Duplex.

**Missa:** Dilexisti, de Communi Virgin.

## ORATIO.

**D**eus, qui nos cōspicis in tot periculis constitutos pro nostra fragilitate non posse subsistere: concéde propitiū, ut intercedente Beata María famula tua, de præsentis vitæ fluctibus edúcti, ad æternæ salutis portum pervenire valeamus. Per Dominum nostrum.

Die xxviii. Septembris.

IN FESTO BEATI SIMONIS de Roxas Confessoris. Dup.

**Missa:** Justus ut palma, de Communi Confessoris non Pontificis.

## ORATIO.

**D**eus, cuius charitas in cor de Beati Simonis difusa, eximio in Sanctissimam Filii tui Genitricem cultu, & assiduis misericordiæ opéribus enítruit: illius intercessione conceude, ut eódem charitatis fervore succénsi, & Beatæ Mariæ Virginis tutela protécti, tuam misericordiam consequámur. Per eúmdem Dominum nostrum.

Die xxviii. Septembris.

IN FESTO SANCTI VVENCESlai Ducis, & Martyris. Semid.

**Missa:** In virtute tua, de Communi Martyris non Pontif.

## ORATIO.

**D**eus, qui Beatum Vvenscslam per martyrii palmam à terréno Principatu ad cœlestem glóriam transtulisti, ejus præcibus nos ab omni adversitate custodi, et ejusdem tribue gaudére consórtio. Per Dominum nostrum.

## FESTA

## OCTOBRIS.

*Dominica prima Octobris, quæ incidit in Kalendas illius mensis, vel proximè sequitur.*

IN FESTO SANCTISSIMI ROSARIII Beatæ Mariæ Virginis. Dup. maj.

## Introitus.

**S**alve sancta parens, enixa puerpera Regem, qui cœlum, terramque regit in

## FESTA OCTOBRIS.

sæcula sæculorum.

**Psalm.** Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ¶ Gloria Patri.

## ORATIO.

**D**eus, cuius Unigenitus, per Vitam, Mortem, et Resurrectionem suam, nobis salutis æternæ præmia comparavit: concede, quæsumus, ut hæc mysteria Sanctissimo Beatæ Mariæ Virginis Rosario recolentes, et imitemur, quod continent; et quod promittunt, assequamur. Per eúmdem Dominum.

*Et fit commemoratio Dominiæ occurrentis.*

## Lectio libri Sapientiæ.

**A**b initio, et ante sæcula creata sum, et usque ad futurum sæculum non desinam, et in habitatione sancta coram ipso ministravi. Et sic in Sion firmata sum, et in civitate sanctificata similiter requievi, et in Jerusalem potestas mea. Et radicavi in populo honorificato, et in parte Dei mei hæreditas illius, et in plenitudine sanctorum detentio mea.

**Graduale.** Benedicta, et venerabilis es Virgo Maria, quæ sine tactu pudoris inventa es Mater Salvatoris. ¶ Virgo Dei Genitrix, quem totus non capit

orbis, in tua se clausit viscera factus homo. Alleluia, alleluia. Post partum virgo inviolata permansisti: Dei Genitrix intercede pro nobis. Alleluia.

Sequentia S. Evangelii secundùm Lucam.

**I**n illo tempore: Loquente Jesu ad turbas, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter, qui te portavit, et ubera quæ suxisti. At ille dixit: Quinimo Beati, qui audiunt verbum Dei, et custodiunt illud. *Credo.*

**Offertorium.** Ave Maria gratia plena: Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui.

## Secreta.

**F**ac nos quæsumus, Domine, his muneribus offrendis convenienter aptari, & per Sanctissimi Rosarii mysteria sic Vitam, Passionem, & Gloriam Unigeniti tui recolere, ut ejus digni promissionibus efficiantur. Per eúmdem Dominum nostrum.

*Deinde Secreta Dominicæ occurrentis.*

**Prefatio.** Et te in Solemnitate Beatæ Mariæ semper Virginis.

**Communio.** Beata viscera Ma-

## SANCTORUM HISPANORUM.

riæ Virginis, quæ portayerunt æterni Patris Filium.

## Postcommunio.

**S**anctissimæ Genitricis tuæ, cuius Rosarium celebramus, quæsumus Domine, precibus adjuvemur; ut mysteriorum, quæ recolimus, virtus percipiatur, & Sacramentorum, quæ sumpsimus, obtineatur effectus. Qui vivis, & regnas.

*Deinde Postcommunio Dominiæ occurrentis, de qua in fine Missæ legitur Evangelium.*

*In Missis votivis Rosarii dicitur Missa de tempore occurrente cum orationibus hujus diei.*

*Præfatio. Et te in veneratione.*

## Die v. Octobris.

IN FESTO SANCTI FROYLANI Episcopi, & Confessoris.

Duplex.

**M**issa: Statuit ei Dominus, de Communi Confessoris Pontificis.

## ORATIO.

**D**eus, qui Beatum Froylânum Monástici instituti propagandi studio decorasti, & ex eremo ad Episcopale munus cœlesti indicio vocatum, miraculis clarum effecisti: concede propitijs, ut cujus patrocinio gloriamur ejus instruamur

exemplis. Per Dominum nostrum.

## Die x. Octobris.

IN FESTO SANCTI FRANCISCI Borgiæ Confessoris. Dup. 2. clas.

**M**issa: Os justi, ut in Communi Abbat.

## ORATIO.

**D**omine Jesu Christe, vera humilitatis & exemplar, & præmium, quæsumus ut sicut Beatum Franciscum in terréni honoris contemptu imitatem tui gloriosum effecisti; ita nos ejusdem imitationis, & gloriæ tribuas esse consortes. Qui vivis, & regnas.

## Secreta.

**S**acris Altáribus, Domine, hostias superpósitas Sanctus Franciscus, quæsumus, in salutem nobis provenire depóscat. Per Dominum.

## Postcommunio.

**P**rótegat nos, Domine, cum tui perceptione Sacramenti Beatus Franciscus pro nobis intercedendo: ut, & conversationis ejus experiamur insignia, & intercessionis percipiamus suffragia. Per Dominum.

## FESTA OCTOBRI.



## Die x. Octobris.

IN FESTO SANCTI LUDOVICI Bertrandi Confessoris.

Duplex.

**M**issa: Os justi, de Communi Confessoris non Pontificis.

## ORATIO.

**D**eus, qui Beatum Ludovicum Confessorem tuum per corporis mortificationem, & fidei præconium, sanctorum gloriæ coæquasti: præsta, ut quod fide profitemur, pietatis operibus júgiter impleámus. Per Dominum nostrum.



## Die xii. Octobris.

IN FESTO COMMEMORATIONIS Beatæ Mariæ de Columna. Duplex.

**M**issa: Salve sancta Parens: ut in Missis votivis Beatae Mariæ Virginis, à Pentecoste usque ad Adventum.

*Et dicitur Credo. Et Præfatio de Santa Maria: Et te in festivitate.*



## Die xiii. Octobris.

IN FESTO SANCTI EDUARDI Regis, Confessoris.

Semid.

**M**issa: Os justi, de Communi Confessoris non Pontificis.

## ORATIO.

**D**eus, qui Beatum Regem Eduardum Confessorem tuum æternitatis gloria coronasti; fac nos quæsumus, ita eum venerari in terris, ut cum eo regnare possimus in cœlis. Per Dominum nostrum.




## Die xvii. Octobris.

IN FESTO SANCTÆ HEDUVIGIS Viduæ. Semid.

**M**issa: Cognovi Domine, de Commun. nec Virg. nec Martyr.

## ORATIO.

**D**eus, qui Beatam Heduvigem á sæculi pompa ad hûmilem tuæ crucis sequelam toto corde transire docuisti: concede, ut ejus meritis & exemplo discamus perituras mundi calcare delicias, & in ampléxu tuæ crucis ómnia nobis adversantia superare. Qui vivis, & regnas.



## Die xix. Octobris.

IN FESTO SANCTI PETRI DE Alcantara Confess.

Duplex.

**Missa:** Justus ut palma, *ut in Communi Confessoris non Pontif.*

## ORATIO.

**D**eus, qui Beatum Petrum Confessorem tuum admirabilis pœnitentiæ, et altissimæ contemplationis múnere illustrare dignatus es: da nobis quæsumus; ut ejus suffragantibus méritis, carne mortificati, faciliùs cœlestia cäpiamus. Per Dominum nostrum.

**Epistola:** Fratres, quæ mihi fuerunt lucra, *quæ habetur post Missam ejusdem Communis.*

oooooooooooooooooooooooo  
Die xx. Octobris.

IN FESTO SANCTI JOANNIS Cantii Confess. Dup.

## Introitus.

**M**iseratio hóminis circa próximum: misericordia autem Dei super omnem carnem: qui misericordiam habet, docet, & erudit quasi pastor gregem suum.

**Psalm.** Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiae non sedid. **v.** Gloria Patri.

## ORATIO.

**D**a, quæsumus; Omnipotens Deus, ut sancti Joán-

nis Confessoris exemplo in scien-  
tia Sanctórum proficientes, at-  
que áliis misericordiam exhiben-  
tes, ejus méritis indulgentiam  
apud te consequamur. Per Do-  
minum nostrum.

Lectio Epistolæ Beati Jacobi Apostoli.

**S**ic loquimini, & sic fácite,  
sicut per legem libertatis incipientes judicári. Judícum enim sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam: superexaltat autem misericordia ju-  
dícium. Quid proderit, fratres mei, si fidem quis dicat se ha-  
bere, ópera autem non habeat?  
Numquid pótterit fides salvare eum? Si autem frater, & soror nudi sint, & indigeant victu quotidiano, dicat autem aliquis ex vobis illi: Ite in pace, ca-  
lefacímini, & saturámini: non dederitis autem eis, quæ néces-  
saria sunt cörpori, quid próde-  
rit? Sic & fides si non habeat opera, mortua est in semetipsa.

**Graduale.** Confiteantur Do-  
mino misericordiæ ejus: & mi-  
rabilia ejus filiis hominum. **v.**  
Quia satiavit animam inanem,  
& animam esurientem satiavit bonis. Allelúia, allelúia. **v.** Ma-  
num suam aperuit inopi, &

palmas suas extendit ad paupe-  
rem. Alleluia.

Sequentia Sancti Evangelii secun-  
dum Lucam.

**T**N illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ar-  
dentes in manibus vestris, &  
vos similes hominibus expectán-  
tibus dominum suum, quando revertatur á nuptiis: ut, cùm  
venerit, & pulsaverit, confessim  
aperiant ei. Beati servi illi, quos,  
cum venerit Dominus, invenie-  
rit vigilantes. Amén dico vo-  
bis, quod præcinget se, & fa-  
ciet illos discúmbere, & trans-  
iens ministrabit illis. Et si ve-  
nerit in secunda vigilia, & si in  
tertia vigilia venerit, & ita in-  
venerit, beatí sunt servi illi. Hoc  
autem scitote, quoniam si sci-  
ret paterfamilias, qua hora fur-  
veniret, vigilaret utique, & non  
sineret perfodi domum suam.  
Et vos estótē parati, quia qua  
hora non putatis, Filius homi-  
nis veniet.

**Offertorium.** Justitia indutus  
sum, & vestivi me sicut ves-  
timento & diadematè judicio  
meo: óculus fui cæco, & pes  
claudio: pater eram páuperum.

## Secreta.

**H**As, quæsumus Domine,  
hostias Sancti Joannis  
Confessoris tui meritis benignus  
assume, & præsta: ut te super  
omnia, & omnes propter te di-  
ligentes, corde tibi, & opere  
placeamus. Per Dominum.

**Communio.** Date, & dabitor  
vobis: mensuram bonam, &  
confertam, & coagitatam, &  
superefuentem dabunt in sinum  
vestrum.

## Postcommunio.

**P**retiosi cörporis, & sán-  
guinis tui, Domine, pasti  
deliciis, tuam súpplices depreca-  
mur clementiam: ut Sancti Joani-  
nis Confessoris tui méritis, &  
exemplis, ejusdem charitatis imi-  
tatores effecti, consortes simus  
& gloriae. Qui vivis, & régnas.

oooooooooooooooooooooooo  
Die xxii. Octobris.  
IN FESTO SANCTÆ SALOME  
Viduæ. Dup. maj.

**Missa:** Cognovi, Domine,  
*ut in Communi nec Virgi-  
nis nec Martyris.*

## ORATIO.

**D**omine Jesu, pro cuius  
amore Beata Sálome in-  
ter primas tibi fideles omnia di-  
misit, & te sepultum venerari  
curavit; concede propitius, ut

## SANCTORUM HISPANORUM.

ejus imitatione tecum conseputi, eternæ Resurrectionis participes effici mereamur. Qui vivis, & regnas.  
Sequentia Sancti Evangelii secundum Matthæum.

**I**N illo tempore: Accessit ad Jesum mater filiorum Zebedei cum filiis suis, adorans, & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram in regno tuo. Respondens autem Jesus, dixit: Nescitis quid petatis. Potestis bibere Calicem, quem ego biberimus sum? Dicunt ei: Possumus. Ait illis: Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dextram meam, vel sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a Patre meo.

oooooooooooooooooooooooo

Die xxiii. Octobris.

IN FESTO SANCTI PETRI Paschasi Episcopi, et Martyr. Duplex.

**M**issa, Sacerdotes Dei, ut in Communi Mart. Pontif.

ORATIO.

**D**eus, humilium consolator, & fidelium fortitudo, cuius charitatis ardore

Martyr, & Pontifex Beatus Petrus ætate teneros, & sexu fragiles ab impiorum captivitate propria servitute redemit: ejus, quæsumus, subsidiis ab omni nos absolve fragilitatis humanæ reatu, ut ad cuncta charitatis opera reparemur, & quos venia feceris innocentes, auxilio facias efficaces. Per Dominum.

Secreta.

**O** Blationes nostras, quæsumus Domine, Beati Petri Martyris tui atque Pontificis commendet oratio: mentesque nostras gérinæ charitatis flamma succendat. Per Dominum.

Postcommunio.

**C**œlestis doni benedictione percepta, te Domine suppliciter exoramus: ut Beati Petri Martyris tui atque Pontificis veraciter nos facias imitatores, quem hodie per charitatis studium cœlestis aula suscepit. Per Dominum.

Die xxiii. Octobris.

IN FESTO SS. SERVANDI ET Germani Mm.

**M**issa: Intret in conpectu tuo, de Communi plurim. Martyrum.

**E**vangelium. Descendens Jesus

## FESTA OCTOBRIS.

de monte. *Ex Missa*: Sapien-  
tiam.

ORATIO.

**O** Mnipotens sempiterne Deus, qui sanctis fratribus Servando, & Germano mirabilem fidei constantiam tribuisti: concede propius, ut quia tantorum Martyrum patrocinio fruimur, eorum perpetua intercessione roboremur. Per Dominum.

Secreta.

**I**n tuorum, Domine, pretiosa morte Sanctorum sacrificium istud offerimus, de quo martyrium sumpsit omne principium. Per Dominum.

Postcommunio.

**C**ælestibus pasti diliciis, quæsumus Omnipotens Deus, ut nos geminata lætitia hodiernæ festivitatis excipiat, que de beatorum Servandi, & Germani glorificatione procedit, quos eadem fides, & passio verè fecit esse germanos. Per Dominum nostrum.

oooooooooooooooooooooooo

Die xxiv. Octobris.

IN FESTO SANCTI RAPHAELIS Archangel.

Introitus.

**B**enedicite Dominum omnes Angeli ejus: Potentes

virtute, qui facitis verbum ejus, ad audiendam vocem sermonum ejus.

*Psalm.* Benedic anima mea Domino, & omnia, quæ intra me sunt, nomini sancto ejus. **V.** Gloria Patri.

ORATIO.

**D**eus, qui Beatum Raphaellem Archangelum Tobie famulo tuo cōmitem dediti in via: concede nobis famulis tuis: ut ejusdem semper protegantur custodia, & muniamur auxilio. Per Dominum nostrum.

Lectio libri Tobiae.

**I**n diebus illis: Dixit Angelus Raphael ad Tobiam: Etenim sacramentum Regis abscondere bonum est: opera autem Dei revelare, & confiteri, honorificum est. Bona est oratio cum jejunio, & eleemosyna magis quam thesauros auri recondere: Quoniam eleemosyna à morte liberat, & ipsa est, que purgat peccata, & facit invenire misericordiam, & vitam æternam. Qui autem faciunt peccatum & iniquitatem, hostes sunt animæ suæ. Manifesto ergo vobis veritatem: et non abscondam à vobis occultum sermonem. Quando orabas cum lacrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum,

& mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepe liebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino. Et quia acceptus eras Deo, necesse fuit ut tentatio probaret te. Et nunc misit me Dominus, ut curarem te, & Saram uxorem filii tui a dæmonio liberarem. Ego enim sum Raphaël Angelus, unus ex septem, qui astamus ante Dominum.

*Graduale.* Laudate Dominum de cœlis : laudate eum in excelsis: ¶. Laudate eum omnes Angeli ejus : laudate eum omnes virtutes ejus. Alleluia, alleluia. ¶. In conspectu Angelorum psallam tibi ; adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo. Alleluia.

Sequentia Sancti Evangelii secundum Joannem.

In illo tempore : Erat dies festus Judæorum, & ascendit Jesus Jerosolymam : Est autem Jerosolymis Probatica piscina, quæ cognominatur hebraicè Bethsaïda, quinque porticus habens. In his jacebat multitudo magna languentium, cæcōrum, claudorum, aridōrum, expectantium aquæ motum. Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in piscinam : &

movebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ, sanus siebat a quacumque detinebatur infirmitate. *Credo.*

*Offertorium.* Stetit Angelus juxta aram templi, habens thuribulum aureum in manu sua: & data sunt ei incensa multa; & ascendit fumus aromatum in conspectu Dei.

#### Secreta.

**H**ostias tibi, Domine, iudas offerimus, suppliciter deprecantes: ut easdem Anglico pro nobis interveniente suffragio, & placatus accipias, & ad salutem nostram provenire concedas. Per Dominum.

*Communio.* Angeli, Archangeli, Principatus, et Potestates, Virtutes cœlorum, Dominationes, et Throni, Chérubim, atque Séraphim, Dominum benedicite in æternum.

#### Postcommunio.

**R**epléti, Domine, benedictione cœlesti, supplíciter imploramus: ut quod fragi li celebramus officio sanctorum Angelorum, atque Archangelorum nobis prodesse sentiamus auxilio. Per Dominum.

Die xxv. Octobris.  
IN FESTO SANCTORUM GAVINI, Prothi, & Januarii Martyrum.

**M**issa: Intret in conspectu tuo, Domine, de Communi plurimorum Martyrum.

#### ORATIO.

**D**eus, qui per Beatos Martires tuos Gavinum, Prothum, & Januarium Ecclesiastiam tuam mirabiliter illustrare dignatus es: concede nobis famulis tuis: ut quos patronos veneramur in terris, intercessores habere mereamur in cœlis. Per Dominum.

*Pro sanctis Martyribus Chrisantho, & Daria fit commemoratione ut in Missali.*

#### Secreta.

**M**unera tibi, Domine, nostra devotionis offerimus: quæ et pro tuorum tibi grata sint honore justorum, et nobis salutaria, te miserante, reddantur. Per Dominum.

Deinde fit commemorat. SS. Chrisant. &c.

#### Postcommunio.

**P**ræsta nobis, quæsumus Domine, intercedentibus Sanctis Martyribus tuis Gavino, Protho, et Januario, ut quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per Dominum.

Deinde fit commemorat. SS. Chrisan. &c.

Die xxv. Octobris.  
IN FESTO SANCTI FRUCTI Confessoris. Duplex.

#### Introitus.

**O**s justi meditabitur sapientiam, & lingua ejus loquetur judicium: lex Dei ejus in corde ipsius.

*Psalm.* Noli æmulari in malignantibus: neque zelaveris facientes iniquitatem. ¶. Gloria Patri.

#### ORATIO.

**A**désto, Domine, populo tuo; ut Beati Fructi Confessoris tui mèrita præclara suscipiens, ad impetrandam misericordiam tuam semper ejus patrociniis adjuvètur. Per Dominum nostrum.

Lectio libri Sapientiæ.

**D**ilectus Deo, & hominibus; cuius memoria in benedictione est. Símilem illum fecit in glória sanctorum, & magnificavit eum in timore inimicorum, & in verbis suis monstra placavit. Glorificavit illum in conspectu Regum, & jussit illi coram populo suo, & ostendit illi gloriam suam. In fide et lénitate ipsius sanctum fecit illum; et elegit eum ex omni carne. Audivit enim eum,

## SANCTORUM HISPANORUM.

& vocem ipsius , & induxit illum in nubem. Et dedit illi cōram præcepta , & legem vitæ, & disciplinæ.

*Graduale.* Justus ut palma florabit : sicut cedrus Líbani multiplicabitur. ¶ Plantatus in domo Domini in átriis domus Dei nostri. Allelúia , allelúia. ¶ Fructus pauper , & humilis Cœlum dives ingreditur , hymnis coelestibus honoratur. Allelúia. Sequentia Sancti Evangelii secundum Matthæum.

**I**N illo tempore : Dixit Simon Petrus ad Jesum : Ecce nos renquimus omnia , & secuti sumus te ; quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illi : Amen dico vobis , quod vos , qui secuti estis me , in regeneratione , cūm sederit Filius hominis in sede majestatis suæ , sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim Tribus Israel. Et omnis , qui reliquerit domum , vel fratres , aut sorores , aut patrem , aut matrem , aut uxorem , aut filios aut agros propter nomen meum , centuplum accipiet , & vitam æternam posidebit.

*Offertorium.* In virtute tua , Domine , lætabitur justus : & super salutare tuum exultabit vehementer : desiderium animæ

ejus tribuisti ei.

*Secreta.*

**P**ræsta nobis , quæsumus Omnipotens Deus , ut nostræ humilitatis oblatio , & protuorum tibi grata sit honore sanctorum , & nos corpore pariter & mente santificet. Per Dominum nostrum.

*Communio.* Beatus servus , quem cūm venerit Dominus , invenerit vigilantem : Amen dico vobis , super omnia bona sua constitueret eum.

*Postcommunio.*

**Q**uæsumus , Omnipotens Deus , ut qui coelestia alimenta percepimus intercedente Beato Fructo Confessore tuo , per hæc contra omnia adversa muniamur. Per Dominum nostrum.

Die xxix. Octobris.

## IN FESTO SANCTI NARCISI

Episcopi , & Martyris:

Duplex.

**M**issa : Statuit ei Dominus , ut in Communi Martyr. Pontificis.

*ORATIO.*

**D**eus , qui Beatum Narcissum Martyrem tuum , atque Pontificem illustri laurea decorasti , ejusque corpus admi-

## FESTA OCTOBRI.

*Secreta.*

rabilis integritate clarificas : concede propitius ; ut ejus deprecatione incorrupta gaudia felicitatis æternæ consequamur. Per Dominum nostrum.

*Evangelium.* Nisi granum , ut supra in festo S. Firmini pag. 84.



## FESTA

## NOVEMBRIS.

IN DIE COMMEMORATIONIS omnium Fidelium Defunctorum.

TRES MISSÆ PRO DEFUNCTIS.

*AD primam Missam :* Omnia prout in Missali Romano : In Commemoratione omnium fidelium Defunctorum.

*Ad secundam Missam :* Omnia prout in Missali Romano in Aniversario Defunctorum cum Sequentia Dies iræ , &c. et Orationibus ut infra.

*ORATIO.*

**D**eus , indulgentiarum Domine , da animabus famularum famularumque tuarum refrigerii sedem , quietis beatitudinem , & luminis claritatem. Per Dominum.

*ORATIO.*

**P**ropitiare , Domine , supplicationibus nostris pro animabus famularum , famularumque tuarum , pro quibus tibi offerimus Sacrificium laudis , ut eas Sanctorum tuorum consortio sociare digneris. Per Dominum.

*Postcommunio.*

**P**ræsta , quæsumus Domine , ut animæ famulorum , famularumque tuarum , his purgatæ Sacrificiis , indulgentiam pariter , & requiem capiant sempiternam. Per Dominum.

*Ad tertiam Missam.* Omnia prout in Missali Romano , in Missis quotidianis Defunctorum , cum Sequentia Dies iræ , &c. Orationibus ut infra.

*ORATIO.*

**D**eus , veniae largitor , & humanæ salutis amator: quæsumus clementiam tuam , ut animas famularum , famularumque tuarum , quæ ex hoc sæculo transierunt , Beata Maria semper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis , ad perpetuae beatitudinis consortium pervenire concedas. Per Dominum.

*Secreta.*

**D**eus , cuius misericordia non est numerus , sus-

## SANCTORUM HISPANORUM.

cipe propitius preces humilitatis nostræ , et animabus omnium Fidelium Deffunctorum , quibus tui nominis dedisti confessionem , per hæc Sacra menta salutis nostræ , cunctorum remissionem tribue peccatorum. Per Dominum.

## Postcommunio.

**P**Ræsta , quæsumus Omnipotens et misericors Deus , ut animæ famulorum , famularumque tuarum , pro quibus hoc sacrificium laudis tuæ obtulimus Majestatati , per hujus virtutem Sacramenti à peccatis omnibus expiatæ lucis perpetuæ , te miserante , recipient beatitudinem. Per Dominum.

eeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeee

Die iii. Novembris.

IN FFSTO SANCTORUM  
Innumerabilium Martyrum  
Cæsaraugustæ.

Duplex.

**M**issa : Intret in conspectu tuo , &c. ut in Communi plurimorum Martyrum.

ORATIO.

**R**Espice , quæsumus Domine familiam tuam , et præsta , ut Sanctorum Innumerabilium Martyrum intercessione munera , ab omni sit culpa defensa. Per Dominum nostrum.

Sequentia Sancti Evangelii secundum Joannem.

**I**N illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis: Hæc mando vobis , ut diligatis invicem. Si mundus vos odit , scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis , mundus quod suum erat , diligeret , quia verò de mundo non estis , sed ego elegi vos de mundo , propterea odit vos mundus. Memento sermonis mei , quem ego dixi vobis. Non est servus mayor domino suo. Si me persecuti sunt , et vos persequentur : si sermonem meum servaverunt , et vestrum servabunt. Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum : quia nesciunt eum , qui misit me. Si non venissem , et locutus fuisse eis , peccatum non haberent : nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit , et Patrem meum odit. Si opera non fecissem in eis , quæ nemo alias fecit , peccatum non haberent: nunc autem et viderunt , et oderunt et me , et Patrem meum. Sed ut adimpleatur sermo , qui in lege eorum scriptus est : Quia odio habuerunt me gratis.

## FESTA MOVEMBRIS.

## Secreta.

**P**Reces nostras , quæsumus Domine , propitiatus admite , et dicatum tibi sacrificium , Sanctorum Innumerabilium Martyrum deprecatio commendet. Per Dominum.

Postcommunio.

**S**anctorum Innumerabilium Martyrum precibus confidentes , quæsumus Domine , ut per ea , quæ sumpsimus , æterna remedia capiamus. Per Dominum nostrum.

eeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeee  
IN FESTO PATROCINII BEATÆ Mariæ Virginis , quod celebratur in Hispania aliqua die Dominica mensis Novembris.  
ab Ordinario loci assignanda. Dup. maj.

**M**issa : Salve sancta parens , ut in Missis votivis B. M. V. à Pentecoste usque ad Adventum , cum Gloria , Credo , & commemoratione Dominicæ occurrentis , de qua legitur Evangelium in fine Missæ.

Præfatio de sancta Maria. Et te in Festivitate.

eeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeee  
Die x. Novembris.

IN FESTO SANCTI ANDRÆ  
Avellini Confessoris.  
Semid.

**M**issa : Os justi , de Communi Confessoris non Pontificis.  
ORATIO.

**D**EUS , qui in corde Beati Andrä Confessoris tui per arduum quotidiè in virtutibus proficiendi votum admirabiles ad te ascensiones disposuisti: concede nobis ipsius meritis et intercessione , ita ejusdem gratiæ participes fieri , ut perfectiora semper exequentes ad gloriae tuæ fastigium feliciter perducamur. Per Dominum.

eeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeee  
Die xiii. Novembris.

IN FESTO SANCTI DIDACI  
Confessoris Semid.

**M**issa : Justus ut palma , de Communi Confess. non Pontif.  
ORATIO.

**O**Mnipotens sempiterne Deus , qui dispositione mirabili infirma mundi eligis , ut fortia quæque confundas : concede propitius humilitati nostræ ; ut piis Beati Dídaci Con-

fessoris tui precibus ad perennem in cœlis gloriam sublimari mereamur. Per Dominum nostrum.



Die xv. Novembris.

IN FESTO SANCTI EUGENII  
Episcopi, & Martyris.

Duplex.

*Introitus.*

**S**tatuit ei Dominus testamentum pacis, & principem fecit eum : ut sit illi Sacerdotii dignitas in æternum.

*Psalm.* Memento Domine David, & omnis mansuetudinis ejus. ¶ Gloria Patri.

ORATIO.

**D**eus, qui præsentem diem Beati Eugenii Martyris tui atque Pontificis martyrio consecrati: præsta propitijs; ut cuius annua celebritate lætamur, ejus meritis donum tuæ gratiæ consequamur. Per Dominum.

Lectio Epistolæ Beati Jacobi Apostoli.

**C**harissimi: Beatus vir, qui suffert temptationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam re promisit Deus diligentibus se. Nemo cum tentatur, dicat quo-

niam à Deo tentatur: Deus enim intentator malorum est: ipse autem neminem tentat. Unusquisque verò tentatur à concupiscentia sua abstractus, & illèctus. Deinde concupiscentia cùm conceperit, parit peccatorum: peccatum verò cùm consummatum fuerit, generat mortem. Nolite itaque errare fratres mei dilectissimi. Omne datum optimum, et omne donum perfectum de sursum est, descendens à Patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Voluntariè enim genuit nos verbo veritatis, ut simus initium aliquod creaturæ ejus.

*Graduale.* Juravit Dominus, & non pœnitabit eum: tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. ¶ Dixit Dominus Domino meo: Sede á dextris meis. Alleluia, alleluia. ¶ Iste Sanctus dignè in memoriā vertitur hominum, qui ad gaudium transiit Angelorum. Alleluia.

Sequentia Sancti Evangelii secundum Joannem.

**I**n illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis: Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram, mó-

tuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Si quis mihi ministrat me sequatur, & ubi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministraverit, honorificavit eum Pater meus.

*Offertorium.* Véritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu ejus.

*Secreta.*

**M**unera tibi, Domine, oblatæ sanctifica, & intercedente Beato Eugenio Martyre tuo, atque Pontifice, per hæc nos à peccatorum nostrorum máculis emunda. Per Dominum.



Die xvii. Novembris.

IN FESTO SANCTORUM  
Acisli, & Victoriæ  
Martyrum.

*Introitus.*

**S**apientiam sanctorum narrant populi: & laudes eorum nuntiet Ecclesia: nōmina autem eorum vivent in sæculum sæculi.

*Psalm.* 32. Exultate justi in Dómino: rectos decet collaudatio. ¶ Gloria Patri.

## SANCTORUM HISPANORUM.

## ORATIO,

**D**eus, qui familiam tuam  
beatorum fratrum, &  
Martyrum tuorum Aciscli, &  
Victoriæ gloriose confessionibus  
circumdas, & protegis: conces-  
de propitius; ut quos patronos  
agnoscimus, eorum meritis, &  
intercessionibus ab omnibus ad-  
versitatibus liberemur. Per Do-  
minum nostrum.

Lectio Epistolæ Beati Pauli  
Apostoli ad Hebreos.

*Heb. i. f.*

**F**ratres, Sancti per fidem  
vicerunt regna, operati  
sunt justitiam, adepti sunt re-  
promissiones, obturaverunt ora-  
leonus, extinxerunt impetum  
ignis, effugerunt aciem gladii,  
convaluerunt de infirmitate, for-  
tes facti sunt in bello, castra  
verterunt exterorum: acceperunt  
mulieres de resurrectione mor-  
tuos suos: alii autem distenti  
sunt, non suscipientes redemp-  
tionem, ut meliorem inveni-  
rent resurrectionem. Alii verò  
ludibria, & verbera experti,  
insuper et vincula, & carceres:  
lapidati sunt, secti sunt, ten-  
tati sunt: in occisione gladii  
mortui sunt, circuierunt in me-  
litis, in pellibus caprinis, egen-  
tes, angustiati, afflicti: quibus

dignus non erat mundus: in so-  
litudinibus errantes, in monti-  
bus, et speluncis, et in caver-  
nis terræ. Et hi omnes testimo-  
nio fidei probati inventi sunt:  
In Christo Jesu Domino nos-  
tro.

*Graduale.* Ecce quam bonum,  
& quam jucundum habitare fra-  
tres in unum. ¶ Sicut unguen-  
tum in capite, quod descendit  
in barbam, barbam Aaron. Alle-  
luia, alleluia. ¶ Hæc est vera  
fraternitas, quæ vicit mundi crí-  
mina, Christum secuta est, in-  
clyta tenens regna cœlestia. Al-  
leluia.

Sequentia Sancti Evangelii secun-  
dum Matthæum.

**I**n illo tempore: Videns Je-  
sus turbas, ascendit in mon-  
tem; & cum sedisset, acces-  
serunt ad eum discipuli ejus,  
& aperiens os suum, docebat  
eos, dicens: Beati pauperes spí-  
ritu: quóniam ipsorum est Reg-  
num cœlorum. Beati mites: quo-  
niám ipsi possidebunt terram. Beá-  
ti, qui lugent: quóniam ipsi  
consolabuntur. Beati, qui esú-  
riunt, et sitium justitiam: quo-  
niám ipsi saturabuntur. Beati  
misericordes: quóniam ipsi mi-  
sericordiam consequentur. Beati  
mundo corde: quóniam ipsi  
Deum videbunt. Beati pacifici:

## FESTA NOVEMBRIS.

quóniam filii Dei vocabuntur.

Beati, qui persecutionem pa-  
tiuntur propter justitiam: quó-  
niám ipsorum est regnum cœ-  
lorum. Beati estis cum maledi-  
xerint vobis, & persecuti vos  
fuerint, & dixerint omne malum  
adversum vos mentientes,  
propter me: gaudete & exulta-  
te, quóniam merces vestra co-  
piosa est in cœlis.

*Offertorium.* Exultabunt Sanc-  
ti in gloria, lætabuntur in cu-  
bilibus suis: exultationes Dei in  
faucibus eorum. Alleluia.

## Secreta.

**M**unera tibi, Domine,  
nostræ devotionis offre-  
rimus, quæ et pro tuorum ti-  
bi grata sint honore justorum,  
et nobis salutaria, te miseran-  
te, reddantur. Per Dominum.

*Communio.* Dico autem vobis  
amicis meis: ne terreamini ab  
his, qui vos perseguuntur.

## Postcommunio.

**P**ræsta nobis, quæsumus:  
Domine, intercedentibus  
sanctis Martiribus tuis Acisclo  
et Victoria, ut quod ore con-  
tingimus, pura mente capia-  
mus. Per Dominum.

*Die xxiv. Novembris.*  
IN FESTO SANCTI JOANNIS  
á Cruce Confessoris.  
Duplex.

*Missa*, Cognovi Domine, de  
Communi nec Virgin. nec Martyr.  
ORATIO.

**T**uorum corda fidélium Deus  
miserator illustra; & Bea-  
tæ Elisabeth precibus gloriose  
fac nos próspera mundi despi-  
cere, & cœlesti semper conso-  
latione gaudere. Per Dominum  
nostrum.

Die xx. Novembris.  
IN FESTO SANCTI FELICIS  
de Valois Confessoris.

Duplex.

*Missa*: Justus ut palma, de  
Communi Confessoris non Ponti-  
ficiis.

## ORATIO.

**D**eus, qui Beatum Felicem  
Confessorem tuum ex  
eremo ad munus redimèndi cap-  
tivos, cœlitus vocare dignatus  
es: præsta quæsumus: ut per  
gratiæ tuæ ex peccatorum  
nostrorum captivitate, ejus in-  
tercessione liberati, ad cœlestem  
patriam perducamur. Per Do-  
minum nostrum.

Die xxiv. Novembris.  
IN FESTO SANCTÆ ELISA-  
beth Viduæ. Dup.

**M**issa: Os justi, de Communi Confessoris, non Pontif.

## ORATIO.

**D**eus, qui Sanctum Joánem Confessorem tuum perfectæ sui abnegationis, & Crucis amatorem exímium effecisti: concede ut ejus imitatiōni júgiter inhārentes, glóriam assequāmur æternam. Per Dominum nostrum.

Die xvi. Novembri.

IN FESTO DESPONSATIONIS  
B. M. V. cum Sancto Joseph.  
Duplex.

## Introitus.

**S**Alve sancta Parens, enixa puerpera Regem, qui cœlum, terramque regit in sacerdala sacerdolorum.

*Psalm.* Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi. ¶ Gloria Patri.

## ORATIO.

**F**amulis tuis, quæsumus, Dómine, cœlestis gratiæ munus impertire: ut quibus Beatae Virginis partus extitit salutis exordium, Desponsationis ejus votiva solemnitas, pacis tribuat incrementum. Per Dominum.

Lectio libri Sapientiæ.

**D**ominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam ficeret à principio. Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, & ego jam concepta eram: ne cum fontes aquarum eruperant: ne cum montes gravi mole constiterant: ante colles ego parturiebar: adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terræ. Quando preparabat cœlos, aderam: Quando certa lege, & gyro vallabat abyssos: Quando æthera firmabat sursùm, & librabat fontes aquarum: Quando circumdabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos: Quando appendebat fundamenta terræ. Cum eo eram cuncta compónens: & delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore; ludens in orbe terrarum: & delitiæ meæ esse cum filiis hominum. Nunc ergo filii audite me: Beati qui custodiunt vias meas. Audite disciplinam, & estote sapientes, & nolite abjicere eam. Beatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & observat ad postes ostii mei. Qui me invenerit, in-

## FESTA DECEMBRIS.

veniet vitam, & hauriet salutem à Domino.

*Graduale.* Benedicta, & venerabilis es Virgo María, quæ sine tactu pudoris inventa es Mater Salvatris. ¶ Virgo Dei genitrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo. Alleluia, alleluia. ¶ Felix es sacra Virgo María, & omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol justitiae Christus Deus noster. Alleluia.

Sequentia Sancti Evangelii secundum Matthæum.

**C**um esset sponsata Mater Iesu María Joseph, antequam convenient, inventa est in útero habens de Spíritu Sancto. Joseph autem vir ejus cum esset justus, & nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam. Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in somnis ei, dicens. Joseph fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spíritu Sancto est. Pariet autem filium, & vocabis nomen ejus Iesum: ipse enim salvum faciet populum suum à peccatis eorum. *Credo.*

*Offertorium.* Beata es Virgo María, quæ omnium portasti

Creatórem: genuisti, qui te fecit, & in æternum perennes Virgo.

## Secreta.

**U**nigeniti tui, Domine, nobis succurrat humanitas: ut qui natus de Virgine, matris integritatem non minuit, sed sacravít; in Desponsationis ejus solemnīs, nostris nos pialculis éxuens, oblationem nostram tibi faciat accéptam Jesus Christus Dóminus noster. Qui tecum vivit, & regnat.

*Prefatio de Beata Maria Virgine.* Et te in Desponsatione.

*Communio.* Beata viscera Mariæ Virginis, quæ portaverunt æterni Patris Filium.

## Postcommunio.

**S**umpsimus, Domine, celebritatis annuæ votiva Sacramenta: præsta, quæsumus, ut & temporalis vita nobis remédia præbeant, & æternæ. Per Dominum nostrum.

FESTA  
DECEMBRIS.

Die iv. Decembri.  
IN FESTO SANCTÆ BARBARÆ Virginis, et Martyris.

Duplex.

## SANCTORUM HISPANORUM.

**Missa:** Loquebar, de Communi Virginis, & Martyris.

Die v. Decembri.

IN FESTO SANCTI PETRI  
Chrysólogi Episc. et Confess.

Duplex.

**Missa:** In medio Ecclesiæ:  
de Communi Doctorum, cum Credo.

ORATIO.

**D**eus, qui Beatum Petrum, Doctorem egrégium, divinitus præmonstratum, ad regéndam, & instruendam Ecclésiam tuam eligi voluisti: præsta quæsumus, ut quem Doctorem vitæ habúimus in terris, intercessorem habere mereamur in Cœlis. Per Dominum nostrum.

Die viii. Decembri.

IN FESTO IMMACULATÆ  
Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis, Hispaniarum, ac Indiarum Patronæ.

Introitus.

**E**gredimini, & videte filiæ Sion Reginam vestram, quam laudant astra matutina: cuius pulchritúdinem sol, & luna mirantur, & júbilant omnes filii Dei.

**Psalm.** Quám dilecta tabernácula tua, Domine virtutum: Concupiscit, & deficit áнима mea in átria Domini. ¶ Gloria Patri.

ORATIO.

**D**eus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparasti: quæsumus, ut qui ex morte ejusdem Filii sui prævissa, eam ab omni labore præservasti; nos quoque mundos ejus intercessione, ad te pervenire concedas. Per eumdem Dominum.

*Et fit commemoratione feriae.*

Lectio libri Sapientiæ.

**D**ominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam ficeret a principio. Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, & ego jam concepta eram: neandum fontes aquarum eruperant: neandum montes gravi mole constiterant: ante colles ego

## FESTA DECEMBRIS.

103

parturiebar: adhuc terram non fecerat, & flúmina, & cardines orbis terræ. Quando preparabat coelos, áderam: Quando certa lege, & gyro vallabat abyssos: Quando æthera firmabat sursum, & librabat fontes aquarum: Quando circumdabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos: Quando appendebat fundamenta terræ. Cum eo eram cuncta compónens: & delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore; ludens in orbe terrarum: & delitiæ meæ esse cum filiis hominum. Nunc ergo filii audite me: Beati qui custodiunt vias meas. Audite disciplinam, & estote sapientes, & nolite abjicere eam. Beatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidiè, & observat ad postes ostii mei. Qui me invenerit, invenerit vitam, & hauriet salutem a Domino.

**Graduale.** Qualis est dilæcta nostra, charissimi? Qualis est Mater, dicte, Domini? Qualis, & quanta sit soror, & sponsa Christi? ¶ Dilæcta nostra cándida, Immaculata, quasi aurora consurgens. Alleluia, alleluia. ¶ Veni Regina nostra, veni Dòmina in hortum odoris.

Tractus.

**G**Aude Virgo Maria, cunctas hæreses sola interemistu. ¶ Quæ Gabrielis Archángeli dictis credidisti. ¶ Dum Virgo Deum & hóminem genuisti, & post partum Virgo inviolata permansisti. ¶ Dei génitrix intercede pro nobis.

Tempore autem Paschali omititur Graduale, & ejus loco dicitur.

Alleluia, alleluia. ¶ Veni Regina nostra, veni Dómina in hortum odoris super ómnia arómata. Alleluia. ¶ Virga Jese flóruit, Virgo Deum & hóminem génuit, pacem Deus redidit, in se reconcilians imam summis. Alleluia.

Sequentia Sancti Evangelii secundum Lucam.

**T**N illo tempore: Loquente Jesu ad turbas, extollens vocem quadam muler de turba dixit illi: Beatus venter, qui te portavit, & ubera quæ suxisti: ait ille dixit: Quinimó

Beáti , qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. *Credo.*

*Et dicit per totam octavam, & in festis infra eam occurrentibus.*

*Offertorium.* Hortus conclūsus , fons signatus , emissiones tuæ paradisus , ó María : manus tuæ stillaverunt myrrham , melifluique facti sunt cœli , dûm manu Dómini fabricata est Mater tanti Dei.

*Secreta.*

**S**uscípere dignérис per temetípsum benigitatis auctórem , rogamus Dómine , Matris ac Domus tuæ zelatorum dévotas cum hilaritate supplicatio-nes : ut sicut ipsa , tua grátia præveniente , mundo (hodie) immunis appáruit : ita ipsi mundam de tuæ Matris múnere , te concedente , exhibeant gratia-rum actionem , per temetípsum Jesum Christum Fílium ejus: Qui vivis , & regnas.

*Illud hodie hic , & in Post-communione omittitur extra octavam , ac in Officio per annum , & etiam in votivis.*

*Prefatio de Beata Maria Vir-gine:* Et te in Conceptione , quæ dicitur per totam Octavam , etiam in festis , nisi habuerint pro-

priam , ac quando fit Officium annuum in Sabbatis , & in Mis-sis votivis.

*Communio.* Gloriosa dicta sunt de te , María quia fecit tibi mag-na , qui potens est.

*Postcommunio.*

**O**Dòrem , Dómine , sacri-ficii hujus súscipe suavi-tatis ; & præsta : ut qui (hodiè) Maríae Conceptionem jubilando celebrant , ejus salúbri oratione fructum cèntuplum suæ devo-tionis accipiant. Per Dominum nostrum.

*Infra octavam Conceptionis Beatæ Mariæ , secunda oratio de feria , tertia de Spiritu Sancto , nisi occurrat festum duplex , vel semiduplex , de quo tunc fit cum commemoratione Octavæ , & feriae. Quando verò in Sabbato per annum fit Officium de Concep-tione , secunda oratio erit de Spiritu Sancto , tertia Ecclesiæ , vel pro Papa : Deus omnium Fidelium. Si verò occurrat fieri commemorationem alicujus Sancti , ea ponitur secundo loco , & ter-tia oratio dicitur , quæ aliás se-cundo loco dicenda erat. Gloria in Excelsis , sine Credo.*

ria Patri.

ORATIO.

**D**EUS , qui Beatæ Mariæ Virginis domum per in-carnati Verbi misteryum mise-ricorditèr consecrasti , eamque in sinu Eclesiæ tuæ mirabili-ter collocasti : concede , ut se-gregati á tabernáculis peccato-rum , digni efficiamur habitato-res Domus sanctæ tuæ. Per eum-dem Dominum.

Lectio libri Sapiéntiæ  
*Eccles.* 24.

**I**N ómnibus requiem quæsivi , & in hæreditate Domini morabor. Tunc præcepit ; & di-xit mihi Creator omnium : & qui creavit me , requievit in ta-bernáculo meo , & dixit mihi: In Jacob inhabita , & in Israël hereditare & in electis meis mitte radices. Et sic in Sion fir-mata sum & in Civitate sanc-tificata similiter requievi , et in Jerusalem potestas mea. Et ra-dicavi in populo honorificato , et in parte Dei mei hæreditas illius , et in plenitudine Sanctorum detentio mea. Quasi Ce-drus exaltata sum in Libano , et quasi Cypressus in monte Sion: quasi palma exaltata sum in Ca-des , & quasi plantatio rosæ in Jérico. Quasi olívæ speciosa in

Die ix. Decembris.  
IN FESTO SANCTÆ LEOCA-DIÆ Virginis , & Martyris.

Duplex.

**M**issa : Me expectaverunt , ut in Communi Virg. & Martyr.

ORATIO.

**B**Éatæ Leocádiæ Virginis , & Martyris tuæ , quæsumus Domine , præcibus , & méritis adjuvemur : ut quæ pro tui nō-minis confessione cáceres , & mortem pertulit , suo nos pa-trocinio ab æterno cárcere de-fendat. Per Dominum.

*Evangelium.* Simile erit regnum cœlorum decem Virginibus. Ex Missa: Loquebar , de eodem Communi.

Die x. Decembris.

IN FESTO TRANSLATIONIS Almæ Domus Lauretanæ.

Duplex.

*Introitus.* Gen. 28.

**T**erribilis est locus iste ; hic Domus Dei est , & porta cœli : et vocabitur aula Dei.

*Psalm.* Quam dilecta taber-nacula tua Domine virtutum: concupiscit , & deficit ánima mea in átria Domini. ¶. Glo-

campis, & quasi plátanus exaltata sum juxta aquam in plateis. Sicut cinnamônum, & bálsamum aromatizans odorem dedi: quasi mirra electa dedi suavitatem odoris.

*Graduale.* Unam petii á Dominó , hanc requiram , ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. ¶ Ut videam voluptatem Domini , & visitem Templum ejus. Alleluia, alleluia. ¶ Beati qui habitant in domo tua Domine , in sæcula sæculorum laudabunt te. Alleluia.

Sequentia Sancti Evangelii secundum Lucam.

**I**N illo tempore : Missus est Angelus Gabriel á Deo in civitatem Galileæ , cui nomen Nazareth , ad Virginem desponsatam viro , cui nomen erat Joseph , de domo David , & nomen Virginis Maria : Et ingressus Angelus ad eam , dixit : Ave gratia plena , Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quæcum audisset , turbata est in sermone ejus , & cogitabat quælis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei : Ne timeas Maria , invenisti enim gratiam apud Deum Ecce concipies in utero , & paries Filium , & vocabis nomen

ejus Jesum. Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur , & dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus : & regnabit in domo Jacob in æternum , et regni ejus non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum : Quomodo fiet istud , quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus dixit ei : Spiritus Sanctus superveniet in te , & virtus Altissimi obumbrabit tibi Ideoque & quod nascetur ex te Sanctum , vocabitur Filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua , et ipsa concepit Filium in senectute sua: et hic mensis sextus est illi , quæ vocatur stérilis : quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dicit autem Maria : Ecce ancilla Domini : fiat mihi secundum verbum tuum. *Credo.*

*Offertorium.* Introibo in dominum tuam adorabo ad templum sanctum tuum , et confitebor nomini tuo.

*Secreta.*

**A**ccipe , quæsumus Domine , munera in hac sacra domo dignanter oblata : et Beatæ Mariæ Virginis suffraganibus meritis ad nostræ salutis auxilium provenire concede. Per Dominum nostrum.

*Præfatio Beatae Mariæ Virgines Filium , & vocabis nomen*

nis ; Et te in festivitate.

*Communio.* Beatus , qui audit me , & qui vigilat ad fores meas quotidiè , & observat ad postes ostii mei. Qui me invenierit , inveniet vitam , & hauriet salutem á Domino.

*Postcommunio.*

**Q**Uæsumus , Domine Deus noster , ut sacrosancta mysteria , quæ pro reparationis nostræ munimine consultisti ; intercedente Beata Maria semper Virgine , & præsens nobis remedium esse facias , & futurum. Per Dominum.

*Die x. Decembris.*

IN FESTO SANCTÆ EULALIÆ Emeritensis Virg. et Martyr. Duplex.

**M**issa : Loquebar de testimoniis : de Communi Virginis , & Martyris.

*ORATIO.*

**O**mnipotens sempiterne Deus , qui infirma mundi eligis , ut fortia quæque confundas : da nobis in festivitate Sanctæ Virginis , & Martyris tuæ Eulaliæ congrua devotione gaudere : ut & potentiam tuam in ejus passione laudemus , et promissum nobis percipiamus auxilium. Per Dominum.

oooooooooooooooooooooooooooo

*Die xvi. Decembris.*

IN FESTO SANCTI EUSEBII Episcopi , et Martyris. Semid.

**M**issa : Sacerdotes Dei , de Communi unius Martyris Pontificis.

*ORATIO.*

**D**eus , qui nos Beati Eusebii Martyris tui , atque Pontificis annua solemnitate laetificas : concede propitius , ut cujus natalitia colimus , de ejusdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum nostrum.

oooooooooooooooooooooooooooo

*Die xviii. Decembris.*

IN FESTO EXPECTATIONIS Partus B. Virginis Mariæ.

*Duplex.*

*Introitus.*

**R**Orâte Cœli désuper , et nubes pluant justum. aperiatur terra , et germinet Salvatorem.

*Psalm.* Cœli enárrant gloriam Dei , et opera manuum ejus annuntiat firmamentum , ¶ Gloria Patri.

*ORATIO.*

**D**eus , qui de Beatæ Mariæ Virginis útero , Verbum tuum , Angelo nuntiante,

cárñem suscípere voluísti: præsta supplícibus tuis; ut qui verè eam genitricem Dei crédimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eúmdem Dóminum nostrum.

*Et fit Commemorat. de Adventu.*

### Léctio Isaiæ Prophétæ.

**T**N diebus illis: Loçutus est Dóminus ad Achaz, dicens: Pete tibi signum á Dómino Deo tuo, in profundum inferni, si ve in excelsum supra. Et dixit Achaz: Non petam, et non tentabo Dóminum: Et dixit: Audite ergo domus David: Numquid parum vobis est, moles tos esse hominibus, quia mollesti estis et Deo meo? Propter hoc dabit Dóminus ipse vobis signum. Ecce virgo concípiet, et pariet filium, et vocábitur nomen ejus Emmánuel. Butyrum et mel cómedet, ut sciat reprobare malum, et elígere bonum.

*Graduale.* Tóllite portas príncipes vestras, et elevámini portæ æternales: et introíbit Rex gloriæ. ¶ Quis ascéndet in montem Dómini? aut quis stabit in loco sancto ejus? innocens mánibus, et mundo corde. Allelúia, allelúia. ¶ Ecce virgo

concípiet, et pariet Fílium Je sum Christum. Allelúia.

Sequentia Sancti Evangelii secundum Lucam.

**I**N illo tempore: Missus est Angelus Gabriel á Deo in civitatem Galileæ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, & nomen Virginis Maria: Et ingressus Angelus ad eam, dixit: Ave gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quæcum audisset, turbata est in sermone ejus, & cogitabat quælis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, invenisti enim gratiam apud Deum Ecce concipies in utero, & paries Fílium, & vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, & Fílius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus: & regnabit in domo Jacob in æternum, et regni ejus non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus dixit ei: Spiritus Sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te. Sanctum, vocabitur Fílius Dei.

upna

Et ecce Elisabeth cognàta tua, et ipsa concepit Filium in senectute sua; et hic mensis sextus est illi, quæ vocatur stérilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini: fiat mihi secundum verbum tuum. *Credo.*

*Offertorium.* Ave Maria, gratia plena: Dominus tecum: Benedic ta tu in mulieribus, et benedic tus fructus ventris tui.

### Secreta.

**I**N méntibus nostris, quæsumus Domine, veræ fidei sacramenta confirma: ut qui conceptum de Virgine Deum verum et hóminem confiémur, per ejus salutiferæ resurrectionis potentiam, ad æternam mereamur pervenire lætitiam. Pereúmdem Dominum.

*Prefatio de Beata Maria.* Et te in Expectatione.

*Communio.* Ecce virgo concípiet, et páriat Fílium, et vocabiturn nomen ejus Emmánuel.

### Postcommunio.

**G**RÁTIAM tuam quæsumus Domine, mentibus nostris infúnde: ut qui Angelo nuntian te Christi Fílli tui incarnationem cognóvimus; per passionem ejus et crucem, ad resurrectionis gloriam perducámur. Per eúmdem Dominum.

*Si venerit in Feria iv. qua-*

*tuor temp. non dicitur in fine Mis sae Evangel. Feriae, quia dictum est, sed S. Joannis.*

Die xx. Decembris.  
IN FESTO SANCTI DOMINI ci Sylensis, Abbatis.

Duplex,

**M**issa: Os justi, de Communi Abbatum.

### ORATIO.

**D**EUS, qui Ecclesiam tuam Beati Dominici Confessoris tui præclaris vitæ méritis deco rasti, & in liberandis Captivis glo riosis lètificasti miraculis: conce de nobis famulis tuis: ut et ipsius instruamur exemplis, et ab omni vitiorum servitute ejus patrocinio liberemur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit, & regnat.

Die xxx. Decembris.  
IN FESTO TRANSLATIONIS S. Jacobi Apostoli, & Hispaniarum Patroni.

### Introitus.

**L**uce spléndida fulgèbit jus tus. Natiónes ex longín quo venient ad eum, & adora bunt Dominum in conspectu ejus, et terram suam in sanctificati onem habebunt.

K i

## SANCTORUM HISPANORUM.

*Psalm.* Laudate Dominum in sanctis ejus : Laudate eum in firmamento virtutis ejus. *¶*. Gloria Patri.

## ORATIO.

**D**eus, qui dispositione mirabili corpus Beati Jacobi Apostoli de Hierosolymis ad Hispaniam transferri, et in Compostella gloriosè sepeliri voluisti : concede quæsumus, ut ejus meritis, et precibus in cœlesti Jerùsalem collocari mereamur. Per Dominum nostrum.

*Si hoc festum venerit in Dominicæ, aut die in quo fit de ea, fit commémoratio Dominicæ, postea Octavarum, & in fine dicitur Evangelium ejusdem Dominicæ.*

Lectio Epistolæ Beati Pauli Apostoli ad Corínthios.

**F**ratres : Non omnis caro éadem caro : sed alia quidem hominum, alia vero pécorum, alia volucrum, alia autem piscium. Et corpora cœlestia, et corpora terréstria : sed alia quidem cœlestium gloria, alia autem terréstrium. Alia cláritas Solis, alia cláritas Lunæ, alia cláritas stellarum. Stella enim a stella difert in claritate : sic et resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione. Seminatur in ig-

nobilitate, surget in gloria. Se minatur in infirmitate, surget in virtute. Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale. Si est corpus animale, est et spiritale. Sicut scriptum est: Factus est primus homo Adam in ánimam viventem, novissimus Adam in spiritum vivificantem. Sed non prius quod spiritale est, sed quod animale : deinde quod spiritale. Primus homo de terra terrénus, secundus homo de cœlo coelestis. Qualis tertenus, tales et terreni: qualis cœlestis, tales et cœlestes. Igitur, sicut portavimus imáginem terreni, portemus et imaginem cœlestis. Hoc autem dico, fratres: quia caro, et sanguis regnum Dei possidere non possunt: neque corruptio incorruptelam possidébit.

*Graduale.* Iste Sanctus clamavit ad Dominum, et exaudivit eum, et de omnibus tribulationibus ejus salvavit eum.

*¶.* Custodit Dominus omnia ossa ejus: unum ex his non conteretur. Alleluia, alleluia.

*¶.* Fluunt ad eum omnes gentes, & erit sepulcrum ejus gloriosum. Alleluia.

Sequentia Sancti Evangelii secundum Matthæum.

**I**N illo tempore: Accessit ad Jesum mater filiorum Zebe-

## FESTA DECEMBRIS.

dæi, cum filiis suis, adorans, & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram in regno tuo. Respondens autem Jesus, dixit: Nescitis quid petitatis. Potestis bibere Calicem, quem ego bibiturus sum? Dicum ei: Póssumus. Ait illis: Cálicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam vel sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a Patre meo. *Credo.*

*Offertorium.* Corpora Sanctorum in pace sepulta sunt, & nomen eorum vivit in generationem, & generationem. Alleluia,

*Secreta:*

**P**ræsta quæsumus, Omnipotens Deus, ut Beati Jacobi Apostoli tui intercessione, quem ad laudem tui nominis, dicatis muneribus, honoramus, piæ in nobis fructus devotionis accrescat. Per Dominum.

*Prefatio Apostolorum, & Communicantes de Nativitate.*

*Communio.* Gentes, quæ te non cognoverunt, ad te current, & adorabunt propter Dominum Deum tuum, & sanctum Israël; quia glorificavit te.

*Postcommunio.* **D**eus, qui Beatum Jaco-

bum Apostolum tuum gliosum fecisti in cœlis, & ejus corpus singulari cultu venerari voluisti in terris; concede propitius; ut, qui mirabilem ejus Translatiōnem festivo celebremus obsequio, ad æternam gloriam ejus intercessione transferri mereamur. Per Dominum nostrum.

## MISSA IMMACULATÆ CONceptionis B. M. V.

*Ex Concessione Clementis Papæ XIII. dicenda in omnibus Ditionib. Regi Cathólico subjectis, singulis Sabbathis non impeditis festo novem Lection. exceptis tempor. Advent. Quadrag. quatuor Tempor. Vigiliar. etiam sine jejunio, ac illis Sabbathis, in quibus secundum Rúbricas reponendum sit Offic. Dominicæ, aut de festo duplici, vel semiduplici translato.*

**M**issa: Egredimini, pag. 102.

*Graduale.* Qualis est dilecta nostra, charissimi? Qualis est Mater, dicite, Domini? Qualis, & quanta sit soror, & sponsa Christi? *¶.* Dilecta nostra cándida, immaculata, quasi aurora consurgens. Alleluia, alleluia. *¶.* Veni Regina nostra, veni Domina in hortum odoris super omnia arómata. Alleluia.

*Post Septuagesimam, omissa Al-*  
*K 2*

lelúia , & ¶ sequenti , dicitur.

*Tractus.*

**G**AUDE Virgo María, cunctas hæreses sola interemisti. ¶ Quæ Gabrielis Archangeli dictis credidisti. ¶ Dum Virgo Deum & hominem genuisti, & post partum Virgo inviolata permanisti. ¶ Dei génitrix intercede pro nobis.

*Tempore Paschali omittitur Gradaule, & ejus loco dicitur Allelúia, allelúia. ¶ Veni Regina nostra, veni Dómina in hortum odoris super ómnia arómata. Allelúia. ¶ Virga Jese flóruit, Virgo Deum & hóminem genuit, pacem Deus redidit, in se reconcilians imam summis. Allelúia.*

MISSA DE SANCTO JACOBO  
Apostolo, Feria secunda  
per annum.

**Q**Uando Feria secunda non est impedita, fit Officium de Sancto Jacobo Apostolo, juxta concessionem Clementis IX. Missa dicitur ut in ejus festo 25. Julii cum Gloria, & sine Credo, & cum tribus Orationibus pro temporis diversitate.

Post Septuagesimam, omissa Al-

*Tractus.*

**D**Esiderium animæ ejus tribuisti ei, & voluntate labiorum ejus non fraudasti eum. ¶ ¶ Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis. ¶ ¶ Posuisti in capite ejus coronam de lapide prætioso.

*Tempore Paschali dicitur Missa ut in festo Sancti Marci 25. Aprilis, exceptis Orationibus Epistola, & Evangelio, quæ ut suprà.*

**NOTA.**

*Sequens Collecta:* Et famulos tuos, dici potest in Regnis Hispaniae ex concessione Pii V. & Gregorio XIII. ab omnibus Sacerdotibus tūm Sæcularibus, tūm Regularibus, tām in Missis Privatis quam Cantatis, & Conventualibus quantumcumque Solemnibus, tām post primas Orationes, quam Secretas, & Postcommunionem. Et novissime ex Decreto Sac. Rit. Congregationis 13. Julii 1675. a predictis dici potest, sequentibus verbis.

**E**T famulos tuos Papam nostrum N. Antistitem nostrum N. & Regem nostrum N. Reginam, & Príncipem cum populo Regia, populo sibi comiso, & exercitu suo, ab omni adversitate custodi, pacem, & salutis nos-

FESTA DECEMBRIS.

tem nostris concede temporibus: & ab Ecclesia tua cunctam reple nequitiam: & gentes Pagorum, & Hæreticorum dexteræ tuæ potentia conterantur: & Captivos Christianos, qui in Saracenorum potestate detinentur, tua misericordia liberare, & fructus terræ dare, & conservare digneris.

*Quando Missa habet únicam Orationem, dicitur immediate post eam: si plures, post ultimam; semper sub eadem conclusione. Sed si Oratio concludit: Qui tecum, terminabitur: Per eumdem Dominum nostrum Jesum Christum &c.*

*Si in Missa dicitur Oratio pro Papa, vel vacante Sede Apostolica, omittuntur verba pro Papa, idem de Antistite, Rege, Regina, vel Principe.*

*Quando in Missa dicitur Oratio A cunctis, Collecta dicitur sic.*

**E**T famulos tuos Papam nostrum N. Antistitem nostrum N. & Regem nostrum N. Reginam, & Príncipem cum populo Regia, populo sibi comiso, & exercitu suo, ab omni adversitate custodi: pacem, & salutis nostris concede temporibus: & Captivos Christianos, qui in Saracenorum potestate detinentur, tua misericordia liberare, & fructus terræ dare, & conservare digneris.

*Quando dicitur Oratio Ecclesiæ dicitur sic.*

**E**T famulos tuos Papam nostrum N. Antistitem nostrum N. & Regem nostrum N. Reginam, & Príncipem cum populo Regia, populo sibi comiso, & exercitu suo, ab omni adversitate custodi: pacem, & salutis nostris concede temporibus: & Captivos Christianos, qui in Saracenorum potestate detinentur, tua misericordia liberare, & fructus terræ dare, & conservare digneris.

**FINIS.**

**ERRATAS.**

Pag. 19 lin. 8. die xix. = *lege xviii.*

Pag. 37 lin. 23. die xviii. = *lege xvi.*

Pag. 38 lin. 7. die xvi. = *lege xvii.*

# INDEX MISARUM, QUÆ IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

## Festa Januarii.

**D**OM. II. post Epiph. SS. Nominis Je-  
su. Dup. 2. clas. Pag. 3.  
Die 16. S. Fulgentii Episc. & Conf. 5.  
Die 19. S. Canuti Reg. & Martyr. 5.  
Die 21. Ss. Fructuosi, Augurii, &c. 5.  
Die 22. S. Vincentii Levitæ et Martyr. 6.  
Die 23. S. Ildefonsi Episc. et Confess. 8.  
Die 23. S. Raymundi Peñafort. Conf. 8.  
Die 26. S. Paulæ Vid. sem. 9.  
Die 28. S. Juliani Episc. & Conf. 9.  
Die 29. Octav. S. Vincentii 11.  
Die 29. S. Francisci Sales Ep. & Conf. 11.  
Die 29. S. Valerii Episc. & Conf. 12.  
Die 30. Octava Sancti Ildephonsi. 12.  
Die 31. Sancti Petri Nolasc. Conf. 12.

## Festa Februarii.

**D**IE 1. S. Cæciliæ Episc. & Martyr. 12.  
Die 4. Oct. S. Julian. 13.  
Die 6. S. Andreæ Corsini Ep. & Conf. 13.  
Die 8. S. Joannis de Matthæ Conf. 13.  
Die 10. S. Scholasticæ Virginis. 13.  
Die 12. S. Eulaliaæ Virg. & Martyr. 13.  
Die 14. B. Joannis Bapt. à Concepcione  
Confess. Dup. 14.  
Die 15. B. M. V. de Guadalup Mexicanæ. 14.

## Festa Martii.

**D**IE 1. S. Rudesindi Ep. & Conf. 16.  
Die 3. Ss. Hemetherii, & Celedonii Mm. 16.  
Die 8. Sanct. Veremundi Abbatis. 17.  
Die 8. S. Joannis de Deo, Confess. 17.  
Die 13. S. Leandri Episc. & Confess. 17.  
Die 14. S. Florentinæ V. 17.  
Die 15. Sancti Raymundi Abbat. 18.  
Die 17. S. Patriiti Episc. & Conf. 18.

## Festa Maii.

**D**IE 5. Conversio S. Augustini, dup. 30.  
Die 5. S. Pii V. Pap. & Confess. dup. 32.  
Die 10. S. Antonini Archiepisc. & Cf. 32.  
Die 12. S. Dominici Calceat. Conf. 33.  
Die 13. S. Secundi Episc. & Martyr. 33.  
Die 13. Sancti Petri Regalati Confess. 33.  
Die 15. S. Isidori Agricol. Confess. 33.  
Die 15. S. Indaletii Episc. & Martyr. 35.  
Die 15. S. Torquati Episc. & Martyris. 35.  
Die 15. S. Euphrasii Episc. & Martyr. 37.  
Die 16. S. Joannis Nepomuceni Martyr. 37.  
Die 16. S. Ubaldi Episc. & Confess. 37.  
Die 17. S. Paschalis Baylon Confess. 38.  
Die 18. S. Venantii M. dup. 38.  
Die 19. S. Petri Coelestini Pap. & Cf. 39.  
Die 20. S. Bernardini Confessor. 39.  
Die 23. Apparit. Sancti Jacobi Apost. 39.

## Festa Aprilis.

Die 18. S. Braulii Episc. & Confess. 18.  
Die 18. Sancti Gabrielis Archang. 19.  
Fer. 6. post Dom. Passionis. In fest. Do-  
lor. B. M. V. dup. maj. 21.

## Festa Junii.

Die 25. S. Gregorii VII. Pap. & Conf. 42.  
Die 26. S. Philippi Nerii Conf. dup. 42.  
Die 27. S. Marie Magdalena de Pazz. Virg. 44.  
Die 30. S. Ferdinandi Confess. dup. 1. clas.  
cum oct. 44.

## Festa Septembrii.

Die 23. S. Philippi Benitii Conf. dup. 71.  
Die 27. Sanctæ Theresiæ Secundò. dup. 72.  
Die 27. S. Joseph Calasantii Conf. dup. 72.  
Die 30. Sanctæ Rosæ Limanæ Virgin. 73.  
Die 31. S. Raymundi Nonnat. Conf. 74.

## Festa Julii.

**D**IE 5. B. Michaelis à Sanctis Conf. 53.  
Die 7. S. Firmini Episc. & Mart. dup.  
1. clas. cum octav. 53.  
Die 8. S. Elisabeth, Vid. dup. 2. clas.  
cum octav. 55.  
Die 15. Oct. S. Elisabeth dup. 55.  
Die 15. S. Camilli de Lellis Confess. 55.  
Die 15. S. Flentici Confess. sem. 57.  
Die 16. Julii Fest. Triumphi S. Crucis. 57.  
Die 16. In Comm. B. M. V. de Carmel. 59.  
Die 19. Ss. Justæ & Rufinæ soror. Virg.  
& Mm. dup. 60.  
Die 19. S. Vicentii à Paulo Confess. 60.  
Die 20. S. Liberatae Virg. & Martyr. 61.  
Die 20. S. Hyeronimi Æmiliani Cf. 65.  
Die 24. Vigilia S. Jacobi. 65.  
Die 25. S. Jacobi Apost. dup. 1. clas.  
cum oct. 67.  
Die 27. S. Pantaleon. M. sem. 68.

## Festa Augosti.

**D**IE 2. S. Petri Episcopi Oxomens.  
& Conf. dup. 68.  
Die 9. Ss. Justi, & Pastoris Mm. 69.  
Die 21. S. Joannæ Franciscæ Fremiot.  
de Chantal. dup. 71.

## Festa Octobris.

**D**Om. I. Octobris Festum Ss. Rosar.  
B. M. V. dup. mai. 82.  
Die 5. S. Froilani Episc., & Conf. 84.  
Die 10. S. Francisci Borgiæ Conf. 84.  
Die 10. S. Ludovici Bertrandi Conf. dup. 85.  
Die 12. Comm. B. M. V. de Columna. 85.  
Die 13. S. Eduardi Conf. sem. 85.  
Die 17. S. Eduvigis Vid. sem. 85.  
Die 19. S. Petri Alcantara Conf. 85.  
Die 20. S. Joannis Cantii Conf. 86.  
Die 22. Sanctæ Salomeæ Viduæ dup. mai. 87.  
Die 23. S. Petri Paschasi Ep. & Martyr. 88.  
Die 23. Ss. Servandi, & Germani Mm. 88.  
Die 24. S. Raphael. Arch. 89.  
Die 25. Ss. Gavini &c. Mm. 91.  
Die 25. S. Fructi Conf. dup. 91.  
Die 29. Sancti Narcisi Ep. & M. 92.

## Festa Novembrii.

**T**Res Miss. pro Defunct. 93.  
Die 3. Ss. Innumerabilium Mm. Cæsaraug. 94

- Dom. 1. Novembris Festum Patrocinii B.  
M. V. dup. maj. 95.  
Die 10. S. Andreæ Avellini Confess. 95.  
Die 13. Sancti Didaci Confess. 95.  
Die 15. S. Eugenii Episc., & M. dup. 96.  
Die 15. S. Gertrudis Virg. dup. 97.  
Die 17. Ss. Aciscli, &c. Mm. 97.  
Die 19. S. Elisabeth Vid. dup. 99.  
Die 20. S. Felicis Valois Confess. dup. 99.  
Die 24. S. Joannis à Cruce Confess. 99.  
Die 26. Desponsat. B. M. V. dup. maj. 100.  
\*\*\*\*\*  
*Festa Decembris.*

**D**IE 4. S. Barbaræ Virg. & Martyr. 101.  
Die 5. S. Petri Chrysologi Ep. Cf. et D. 102.

## LAUS DEO.

*Die xxv Junii.*

SANCTI GUILLELMI ABBAT.

*Missa : Os justi, de Comm.  
Abbatum.*

## ORATIO.

**D**eus, qui infirmitati nos-

træ ad teréndum salutis viam in  
sanctis tuis exemplum, et præ-  
sidium colocasti: da nobis itá beá-  
ti Guillélmi Abbatis mérita ve-  
nerári, ut eiúsdem excipiámus  
suffrágia, et vestígia prosequá-  
mur. Per Dominum.



